DE PATRONA-TIBVS ECCLESIARVM REGIAE coronæ regni Lusitaniæ.

LIBER VNVS.

AVTORE.

DOCTORE GEORGIO DE CA-*bedo regio Consiliario, & Palatij Senatore.*

AD PHILIPPVM III. HISPANIAE Regem, & Lusitaniæ II.



CVM PRIVILEGIO.

Olisipone. Ex Officina Georgij Rodriguez, Anno 1602.

Librum hunc de Patronatibus Ecclesiarum regiæ coronæ regni Lusitaniæ, Autore Doctore Georgio de Cabedo regio Consiliario,& Palatij Senatore, legi, nihil est in eo,quod vel bonos mores, vel christianam pietatẽ offendat, omnia enim sunt orthodoxa , singulari eruditione,ac mira curiositate conscripta,ac proinde digna vt typis mandentur,In conuentu sancti Dominici Vlisbonensis,die 7.Setembris, anni 1602.

Fr. Manoel Coelho.

Vista a informaçam podesse imprimir este liuro ẽ depois de impresso torne a este Concelho pera se conferir com o original,ẽ se dar licença pera correr,ẽ sem ella nam correrá, em Lisboa 22. de Octubro, de 602.

Marcos Teixeira. *Ruipiriz da Veiga.*

Qve se possa imprimir este liuro vista a licença que pera isso tem do sancto Officio da Inquisiçam,ẽ como foi visto na mesa; em Lisboa a 4.de Nouembro de 1602.

Amaral. D. Daguiar. Fonsequa.

Vista a informaçam offerecida do padre frei Manoel Coelho podese imprimir este liuro dos Padroados das Igrejas da coroa,a 23. de Dezembro,do 1602.

Simão Borges.

Errata ſic corrige.

Pag. 23.	col. 2.	conceſſum,lege conceſſo.
pag. 48.	col. 2.	fieri, lege frui.
pag. 73.	col. 1.	mundo, lege mando.
pag. 76.	col. 2.	fundo, lege fundum.
pag. 116.	col. 2.	allegas, lege elegans.
pag. 119.	col. 1.	cap. 23. lege XXXIII.
pag. 182.		tenças, lege ſentenças.

PHILIPPO CATHOLICO,
MAXIMO, ET POTENTISSIMO
Regi Hispaniæ huius nominis Tertio, & Lusitaniæ Secundo.

DOCTOR GEORGIVS
DE CABEDO EIVS CONSILIArius, & Palatij Senator, perpetuam fœlicitatem exoptat.

Decreui PHILIPPE Rex Catholice, maximeq; & potentissime, Libellum de Patronatibus Ecclesiarum regiæ coronæ huius regni tui Lusitaniæ, à me successiuis horis compositum in lucē edere; quo enim tempore regiæ coronæ procuratoris munus egi, non paucas vidi in senatu, & vtiles quæstiones ad materiam illorum valde conducentes excitatas, & decisas, quas omnes tunc temporis consultò obseruaui, & collegi, eo animo, vt cûm per tempus, & otium mihi liceret, eas publicarem. Eum igitur Rex maximê, & potentissime tibi offero, & si

¶ enim

enim nec voluminis magnitudine, nec bonitate, dignus sit, vt tanto Regi dedicari valeat, humanitas tamen tua & vere regia benignitas audacem me facit, vt minime verear tuæ maiestati illum offerre: Deus Optimus Maximus diu tè nobis, & Reipublicæ Christianæ incolumem, & saluum seruet. Olisipone, Idibus Decembris, M. DCII.

PRAEFATIO AD LECTOREM

NOSTRI non est instituti, benigne lector, absolutum de iure patronatus tractatum componere, de illius namquè materia plenè in locis ordinariis agunt scribentes, & integros tractatus ediderunt Paulus de Citadinis, Ioannes Nicolaus, Rochus, & latissimè Cæsar Lambertinus & alij: sed solùm agemus in hoc libello de patronatibus Ecclesiarum, pertinentibus ad regiam coronam, regni nostri Lusitaniæ, vt qualis qualis cognitio illorum per me habeatur, & sic nec de materia iuris patronatus generaliter agemus, de qua pleni sunt tituli in Decreto 16. q. 7. in Decretalibus, lib. 6. & Clement. de Iure patronatus, Concil. Trident. sessione 25. cap. 9. sub titulo de Reformatione. Felin. in tract. Quando literæ Apostolicæ noceant patronis Ecclesiarũ. Staphilæus de literis gratiæ, titul. de iuris patron. & iuris præsentandi, &c. Rebuffus in praxi, titul. de iure patronat. & in Concordatis. Didacus de Couar. practicar. quæstionum, cap. 36. Nec itidem de diffinitione iuris patronatus agemus, de ea enim agunt Abbas Berous & alij in in rubrica de iure patronat. latè Rochus, & Lambertinus, vbi suprà in principio. Nec itidem assignabimus genera

¶ 2 patrono-

patronorũ, id enim ab ijsdẽ autoribus, benignè lector petes. Tantũmodo agemus (idquè breuitér) de ijs, quæ speciatim pertinent ad patronatus regiæ coronæ nostri regni, & in quibus singularem & diuersam naturam habent ab aliis patronatibus priuatarum personarum, & aliorum regnorum, secundúm nostri regni morem, & antiquam consuetudinem. Quód si quæ dixerimus minimé placuerint, illud sciant, qui hęc legerint, meam esse pręcipuam mentem nostris prodesse hominibus. Plures autem allegationes Doctorum consultó omitto, vt quia breuitati in hoc libello studeam. Vale.

INDEX CAPITVLORVM.

Cap. 1. De origine patronatuum. fol. 1.

Cap. 2. Quibus modis Reges Portugalliæ ius patron. in Ecclesiis sui regni acquisierunt. fol. 5.

Cap. 3. Quæ sit natura patronatuum Ecclesiarũ regiæ coronæ. fol. 13.

Cap. 4. De donationibus patronatuum Ecclesiarum regiæ coronæ per Regem factis. fol. 16.

Cap. 5. De donationibus patronatuũ Ecclesiarũ regiæ coronæ, factis monasteriis & magistris Ordinum militarium, Prælatis, & aliis Ecclesiis. folio. 19.

Cap. 6. Quibus modis possessio iuris patronatus regiæ coronæ acquiratur. fol. 23.

Cap. 7. An contra Regem & coronam regni, locũ habeat præscriptio in patronatibus regiis. folio. 27.

Cap. 8. An in Ecclesiis patronatuum regiæ coronæ, locum habeat dispositio capitis consultationibus de iurepatronatus, & eius intellectu. fol. 30.

Cap. 9. Intra quod tẽpus poterit regius procurator conquæri de spolio facto Regiæ coronæ. folio. 35.

Cap. 10. An Rector Ecclesię regij patronatus possit renunciare beneficio in fauorẽ alicuius sine consensu regio. fol. 37.

Cap. 11. an possit permutari Ecclesia regij patronatus cum alia, sine cõsensu Regis. fol. 41.

Cap. 12. An possit fieri separatio reddituũ in Ecclesia iuris patronatus, & præstimonia erigi sine Regis consensu. folio. 44.

Cap. 13. An pensio possit constitui in Ecclesia regij patronatus absq; Regis consensu. fol. 50.

Cap. 14. An Rex possit promittere presentationem Ecclesiæ sui patronatus, quæ nondum vacauit.

¶ 3

cauit. fol. 52.

Cap. 15. An Rex tanquàm magister Ordinũ militariũ possit promittere cõmendas vacaturas. folio, 54.

Cap. 16. Quãdo Rex vt magister Ordinũ militariũ promittit cõmendã certi valoris, additis verbis, plus, aut minus, an satisfaciat dando aliquid minus, vel, teneatur dare, si plus aliquid valet. folio, 62.

Cap. 17. An Rex promittẽdo Ecclesiã sui patronatus in genere alicui, possit cùm Ecclesia aliqua vacat, ad illã alterũ pręsentare, relicto eo, cui promissio facta fuit, & an sit idem in cõmenda. fol. 64.

Cap. 18. An in cõmendis factis de Ecclesiis patronatuum Regis, Rex pręsentet vicarios. folio, 66.

Cap. 19. Ecclesiæ regij patronatus, quo ordine prouideantur. fol. 69.

Cap. 20. An qui prætẽdit Ecclesiam ad quam Rex prçsentat, sui esse patronatus, & non Regis possit in Cancellaria regia exceptiones opponere, ad impediẽdam præsentationem regiam, seu chartam signatam. folio. 71.

Cap. 21. An monasteria sint de patronatu regio. fol. 72.

Cap. 22. An monasterium Alcobatiæ sit de patronatu Regis huius regni Lusitaniæ. fol. 78.

Cap. 23. De monasteriis consistorialibus, quæ sunt de patronatu regio ex concessione Sũmorum Pontificũ. folio, 80.

Cap. 24. Quæ dicãtur monasteria cõsistorialia. folio, 86.

Cap. 25. Ad quem spectet fructus Ecclesię vacantis (quæ est de patronatu regio) seu alterius, locare, & custodire. folio, 89.

Cap.

Cap.26. An posſit per Regem dari tença donec quis prouideatur de Regis patronatus beneficio, ſeu cõmenda. folio, 90.

Cap.27. An dicta in patronatu Regis locum habeant in patronatibus Reginæ. fol.93.

Cap. 28. An Regi currat tempus quatuor mẽſiũ á iure conceſſum patronis laicis. fol.96.

Cap.29. An exteri poſsint habere beneficia in hoc regno Luſitaniæ. fol.99.

Cap. 30. An monaſteria Ordinum mendicantium fundata, ſeu dotata per Regem, ſint de patronatu regio, & quid de monaſteriis monachorum ſancti Franciſci Capuccinorũ, & monialium. fol.106.

Cap.31. An fratres minores ſancti Franciſci poſſint ex iuſtis cauſis monaſterium diruere, & alio transferre, præmiſſa monitionẽ patroni qui noluit translationi cõſentire nec de nouo expenſas facere. fol.112.

Cap. 32. An ius patronatus differat á iure ſepulchrorum. fol. 117.

Cap.33. An in confiſcatione bonorum veniat ius patronatus. fol.119.

Cap.34. Quæ probationes requirantur in cauſis iuris patronatus. fol.126.

Cap.35. De aliquibus prærogatiuis, quas in iure habent regij patronatus. fol. 130.

Cap.36. De pœnis contra impetrãtes Eccleſias regij patronatus. folio, 133.

Cap.37. An Rex Luſitaniæ habeat ius patronatus in Eccleſiis cathedralibus, & ius nominandi ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus. fol.138.

Cap. 38. Hoſpitalia quæ ſint de protectione Regis. fol.141.

Cap.

Cap.39. De hospitalibus fũdatis & dotatis per Reges huius regni, quę sũt de eorũ immediata protectione. fol. 145
Cap.40. An priuilegiũ cõcessũ per Regẽ Episcopo, ne magistratus seculares in suo Episcopatu visitent hospitalia, extẽdatur ad oppida posteà Episcopatui illi adiuncta. fol.147.
Cap.41. De hospitali diui Antonij nationis Lusitanorum, quod est Romæ. fol. 152.
Cap.42. De confraternitatibus, seu cõfratriis laicorum, vt vocant. fol. 158
Cap.43. De capella regia, quę est in Palatio. fo.163.
Cap.44. De cõfraternitate, seu cõfratria Curiæ, quam vocamus, confraria da Corte. fol. 174.
Cap.45. De confraternitate, seu confratria Senatorum Senatus Supplicationis. fol. 180.
Cap.46. De confraternitate, seu confratria sanctæ, & piæ Misericordię huius ciuitatis Olisiponensis. fol. 183.
Cap.47. de Academia Conimbricensi. fol. 156.
Cap.48. De Collegio diui Pauli Academiæ Conimbricensis. fol. 201.
Cap.49. Ad quem iudicem pertineat cognitio causæ iuris patronatus. fol. 206.
Cap.50. An Bulla Leonis X. per quam capellanus maior, seu eius auditor iudex est in causis patronatuum regiæ coronæ, cõprehendat etiam causas donatariorum patronatuum regiæ coronæ. fol. 219.
Cap.51. An possit fieri sequestratio fructuum beneficij regij patronatus, pendente lite super spolio. fol. 222.

DE PATRONATIBVS ECCLESIARVM REGIAE CORONÆ regni Lusitaniæ.

LIBER VNVS.

AVTORE

DOCTORE GEORGIO

DE CABEDO REGIO CONSIliario, & Palatij senatore.

CAPVT PRIMVM

De origine patronatuum Ecclesiarum.

1 Ius patronatus laicis extra tia, & priuilegio cōcessum fuit.

2 Iure communi ordinatio Ecclesiarum libera, pertinet ad diœcesanum.

3 Episcopi Ecclesias quæ sunt de patronatu collare non possunt, sine præsentatione patronorum.

4 Ius patronatus nō est de se spirituale, sed annexum antecedēter spiritualibus.

5 Ius patronatus in laicos cadere potest.

6 Institutio Episcopi facta sine Patroni consensu, non valet, si patronus reclamet, & num. 8.

7 Emphyteuta non soluens canonem, vt in commissū incidat, necessaria est declaratio

 domini

domini directi.

9 *Elapso tempore concesso patronis ad praesentandum, ad Episcopum deuoluitur collatio.*

10 *Ius patronatus duplex est, ecclesiasticum, & laicale.*

11 *Quod dicatur ius patronatus ecclesiasticum, quod laicale, num.12.*

12 *Si clericus de suo patrimonio Ecclesiam construxit, fundauit, seu dotauit, laicale dicitur ius patronatus.*

13 *Ius patronatus reginum, ad membrum iuris patronatus laicalis reducendum est.*

1 IVs patronatus in Ecclesiis concessum fuit laicis ex gratia, & priuilegio, cap.2. de iure patronat. tradūt Doctores in cap. Quāto, de judiciis. Couar. in regul. possessor. 2. p. §.10. numer. 20.

2 Cùm enim iure communi attento libera Ordinatio omnium Ecclesiarum, quæ sunt in diœcesi Episcopi, ad ipsum pertineret, cap.1. de Ecclesi. ædificand. cap. Omnes Basilicæ, 16. quæst.7. Felin. in cap. Venerabilis. de exception. ex gratia, & priuilegio fuit laicis concessum, vt si fortè Ecclesias dotassent, cōstruxissent, vel fundassent ius patronatus in illis acquirerent.

3 Nec Episcopi sine eorū consensu & presentatione eas ordinassent, nec alicui contulissent, cap. Decernimus, 16. q.7. vt sic omnes inuitarentur ad constructiones, & dotationes Ecclesiarum. Conc. Trid. ses. 25. cap.9. sub tit. de reformatione.

4 Quiuis enim ius patronatus videretur non posse cadere in laicos, quia spirituale est, tamen non est de his spiritualibus, quibus laici incapaces omninò sunt, vt sunt ea quorum functio, deputata est ordini, vel officio, vel personis ecclesiasticis, è quorū nu-

mero est, Ius eligendi, cap. Messana. cap. Sacrosancta, de electione, ius decimandi, cap. Causam, quæ de præscript. beneficium ecclesiasticum, quod consequenter est annexum officio clericali, & spiritualibus, D. Thom. 2.2.q.100. art. 4.

4 Nam ius patronatus de se, non est spirituale, sed tantùm annexum, antecedentèr spiritualibus, Diuus Thomas vbi suprà.

5 Et ob id in laicos ex priuilegio prædicto cadere potest. glos. in cap. Veniens. de transactionibus.

6 Hinc fit, quòd si Episcopus in Ecclesia patronata aliquem instituerit sine consensu, & præsentatione patronorum, institutio non valet, capit. Decernimus, 16. quæst. 7. dùm id faciat intra tempus concessum patronis á iure, ad præsentandum, irritarique, & annullari potest per sententiam, capit. Illud. de iure patronatus, & ex tunc reputabitur á iure irrita, Berous in rubrica, num. 63. de iure patronatus: & sic intelligendus est textus in dicto capite, Decernimus, vt concordet cum text. in dicto capite, Illud.

7 Quemadmodum enim emphyteuta non soluens canonem, ipso iure incidit in commissum, & tamen necessarium est, vt directus dominus id velit, & per sententiam declaretur, l. 2. vbi glossa, & communis Cod. de iure emphyteutico, capit. Potuit, & ibi Doctores de locato, ita Episcopo instituente Ecclesiam patronatam intra tempus patrono currens ad præsentandum, firma erit collatio, quò ad patronus reclamet, & declaretur nulla ex patroni dissensu, & reclamatione, &

& hoc tàm locum habet in patrono laico, quàm in ecclesiastico.

9 Post lapsum veró tempus pręsentandi, de iure collatio ad Episcopū pertinet, & facta, manet firma, nec potest irritari(non dato impedimento legitimo, vt inferiùs tractabimus) Rot.dec. 10. sub titulo, de Iurę patronatus in antiquis. Rebuf.in prax.tit.de Nominatione.q.17. n.11.

10 Est autem ius patronatus(quo ad institutum nostrum attinet) duplex: ecclesiasticum vnum, aliud laicale, seu seculare, & ita patroni, alij dicuntur ecclesiastici, alij laici, seu seculares, cap. vnico de Iure patr. lib. 6. cap. Cùm auté. vbi Abb. & Doctores, eodem tit. in antiquis, Lambert. de Iur. patr. 1. p. lib. 1. art. 5. 1. q. princ. Couar. practic. cap. 36. n. 3.

11 Ius patronatus ecclesiasticum dicitur, quando ex bonis vnius Ecclesiæ, altera Ecclesia fuit cōstructa, dotata, seu fundata, seu quādo ratione dignitatis, aut Ecclesiæ competit personis ecclesiasticis, vel voluit fundator, Abbatem, aut aliam personam ecclesiasticam esse patronum in tali Ecclesia, & eius successores

12 Seculare verò dicitur, quando ex patrimonio seculari, aut laicorum fuit Ecclesia fundata, constructa seu dotata, vel vbi de prima radice & fundatione fuit fundatum in persona laicali, vt laica, & ab ea successoribus in patrimonio laicali tenendum, ita Hieronymus Paulus ad pract. Cancellariæ, pag. 289. in paruis impressionibus, versic. In causa mea. per text. qui loquuntur de iure patronatus laicorum, in cap. Filiis. cap. Quicunque. capit. Si plures. cap. Considerandum, 16. q. 7. vbi fit mētio de iure patronatus ratione patrimonij, cap. 1. cap. Cùm secundùm. cap. Cùm dilectus. de iur. patr. vbi glos. notatur in cap. Cùm

Cúm vos. de offic. ordinarij per glos. final. in Clem. plures de iure patronat. & per Doctores in capit. vnico, de iure patron. in 6. & in capit. 2. de præbendis.

13 Quod si clericus de suo patrimonio & bonis suis non ab Ecclesia quæsitis, Ecclesiam fundauit, construxit, vel dotauit, seu illi obuenit ratione hæreditatis, seu patrimonij secularis, ius patronatus, quod acquirit, seculare est, & nõ ecclesiasticum, glos. verb. Presentare, in Clem. plures, de iure patron. Lambertin. vbi suprà, n. 2. Gigas de pension. q. 24. n. 2. Couar. vbi suprá.

14 Est & apud nos regiũ ius patronatus, quod tertiam non constituit speciem, sed cadit sub secundo mẽbro, cum laicale & seculare sit, vt de se patet, habet tamen aliquas prærogatiuas, vt ex infrà dicendis apparebit; de hoc nobis erit sermo.

CAP. II.

Quibus modis Reges Portugaliæ, ius patronatus in Ecclesiis sui regni acquisierint.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Ius patronatus acquiritur ex fundatione dotatione, seu constructione.*

2 *Ius patronatus etiam acquiritur in Ecclesiis Vnitis monasteriis, seu collegiis, quo ad temporalia, & ad illas pertinet præsentatio Vicariorum.*

3 *Ius patronatus acquiritur præscriptione, & etiam acquiritur ex priuilegio.*

4 *Præsentationes factæ ratione præscriptionis, seu priuilegij, non æqué fauorabiles sunt, ac illæ quæ cõpetunt ex dotatione, fundatione, seu constructione.*

5 *Nam his nunquam censetur derogatum ex literis Apo-*

stolicis, nisi id specialiter exprimatur, aliæ verò præsentationes ex priuilegio, seu præscriptione quæsitæ includuntur in mensibus reseruatis.

6 *Iura patronatuum Ecclesiarum huius regni pertinent ad Regem ex fundatione, dotatione, seu constructione.*

7 *Reges huius regni post electionem maurorum plurimas Ecclesias in honorem DEI, & sacrosanctæ VIRGINIS Dei genitricis MARIAE & sanctorum fundarunt, dotarunt, & construxerunt.*

8 *Populi fecerunt donationes Regibus Portugaliæ de multis patronatibus Ecclesiarum, seu voluntariè, seu ob vitandas discordias, quæ inter eos oriebantur, de licentia Sũmi Pontificis.*

9 *Expedit Ecclesiæ vnum potiùs habere patronum, quàm plures.*

1 IVs patronatus ex fundatione, dotatione, seu constructione acquiritur, cap. Nobis. cap. Abbate. 16 q. 7. cap. Monasterij, cap. Filij eâdem causa. & q. Abb. in cap. Ad audiẽtiam, o 1. n. 11. de Ecclesiis ædifican. Syluest. in Sũma, verb. Ius patronatus. latè Lambert. lib. 1. part. 1. art. 10. 1. quæst. principali. Nauar. consil. 2 de iur. patr.

2 Acquiritur etiam ius patronatus in Ecclesiis, vnitis monasteriis, seu collegiis quo ad tẽporalia, iuxta text. in cap. de monachis de præbendis, cap. vnico iure patronat. in 6. adiuncta Clementin. 1. eodem tit. glos. in cap. Præmentis, 16. quæst. 7. Roch. verbo, Cõpetens, q. 25. Ex quibus constat in Ecclesiis vnitis quo ad temporalia, collegiis & piis locis, presentationes vicariorũ pertinere ad monasterium, seu collegium.

3 Acquiritur etiam præscriptione, capit. Quærellam. vbi

lam. vbi Abbas, de electione.

Item acquiritur ex priuilegio. Felin. in tract. quādo literæ Apostolicæ, ampliat. 20.

4 Illud notandū est, quód præsentationes ex his causis factæ, non ita æquè fauorabiles sunt, ac illæ, quæ competunt ex fundatione, dotatione, seu con-

5 structione; Nam his nunquam censetur derogatū ex literis Apostolicis, nisi specialitér exprimatur, ex glossa communitêr recepta in Clementin. per literas, verb. Apostolicis, de præbend. regul. 40. Cancellariæ.

Aliæ verò præsentationes ex priuilegio, seu ex præscriptione quæsitæ, includuntur in mensibus reseruatis. Cassadorus decisione 4. de iure patronat. Gigas de pens. quæst. 25. numero vltimo, ad finem.

6 Reges ergo nostri regni iura patronatus Ecclesiarum sui regni, acquisiuisse dicendum est, ex fundatione, dotatione,

7 seu constructione: post eiectionem namquê maurorum è regno Portugaliæ, plurimas Ecclesias, item & monasteria, in honorem Dei, ac sacrosanctæ VIRGINIS Dei genitricis MARIAE, & sanctorum fundarunt, dotarunt, & construxerunt, vt populi qui terras à mauris occupatas iterúm recuperabant, haberent Ecclesias, in quibus sacra mysteria fierent, Missæ sacrificia audirent, & Sacramenta perciperent: ad quod videndus est frater Prudencius in chronica Regis Alfonsi VII. Imperatoris Hispaniæ, capit. 66.

8 Populi etiam qui eiectis mauris, in vnum oppidatim viuere incipiebant, Ecclesias ædificabant, & sic patronatum in eis acquirebant, vt de iure poterant acqui-

rere, cap. 2. ca. Prætereá de iure patronat. Lambertinus 3. quæst. principali. p. 1. lib. 1.

Hi posteá, seu voluntarié, seu quia crescente numero oppidanorum, defficilimè concordari poterant, in præsentationibus quas faciebant, ad prędictás Ecclesias de rectoribus, & ob id inter illos rixæ, & discordiæ oriebantur maximæ, vt plerunque solet contingere in ijs, quæ in communi possidentur, l. Cùm pater, §. Dulcissimis, ff. legat. 2. & quod in communione possidetur negligitur, l. 2. C. Quando, & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. donationes fecerunt Regibus Portugaliæ de multis patronatibus Ecclesiarum hoc modo quæsitis, & sic conueniens fuit.

9 Expedit namqué Ecclesiæ vnum potiùs habere patronum quam plures Card. in Clement plures, column. 4. de iure patronatus, Abbas in cap. Quærimoniam, hoc titulo: & vidimus multas donationes de his patronatibus factas Regibus nostri regni, in publico ipsius regni archiuo, & sic ad coronam regiam pertinere deinceps cæperunt, & coronę regiæ patronatus facti sunt, cap. vnic. de iure patron. in 6.

Quod de Summorum Pontificum licentia factum fuit; tempore autem Regis Emanuelis fœlicis memoriæ Bulla Leonis X. Summi Pontificis concessum ei fuit, donationes has acceptare, quæ est in publico archiuo, & vnam super hoc eiusdem Leonis X. cuius tenor huiusmodi est, híc transcribere libuit.

Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugaliæ, & Algarbiorum Regi illustri.

CHARISSIME in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Pro parte tua nobis fuit expositum, quòd in tuis regnis & dominiis aliquæ parrochiales Ecclesiæ existebant, quarum singularum ius patronatus, & præsentandi personas idoneas ad illas, cúm pro tempore vacabant, pluribus simúl, aut singulis laicis competebat; & quandoque propter pluralitatem huiusmodi patronorum, & eorum in diuersas personas ipsarum Ecclesiarum vocationibus occurrentibus, varietatem, & confusionem votorum inter eosdem patronos, & per eos sic præsentatas personas ipsarumquè consanguineos, & amicos, iurgiorum, & contentionum suscitabatur occasio; & dictæ Ecclesiæ longioris quám illarum parrochianorum animarum salus desideraret, vacationis incommoda sustinebant, & alia quandoque peiora contingebant, quæ diuinam maiestatem offendebant, & scandalorum

A 5 in popu-

in populis materiam ministrabant, ad quæ euitanda multi ex dictis patronis ius patronatus huiusmodi eis competens, in te, pro te, tuisquè dictis regnis, & dominiis, successoribus libentér transferre: tuqué translationem ipsam si illis ad ad id faciendum, & tibi, ne videreris ingratus ad erga eos te liberalem exhibendum Apostolicæ Sedis licentia, & authoritas suffragaretur. Nos tuis in ea parte supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis quarumuis etiam parrochialium in regnis, & dominiis prædictis consistentium Ecclesiarum, patronis laicis ius patronatus ipsis in dictis Ecclesiis, & præsentandi personas idoneas ad illas, ex dotatione, siue fundatione, vel consuetudine, aut priuilegio, vel alias competeret, in te, pro te, & tuis in eisdem regnis, & dominiis successoribus perpetuo transferendi, & tibi eisdem laicis, & patronis, postquam ius patronatus huiusmodi in te transtulissent, non ex conuentione, siue pacto, sed ex tua liberalitate aliquam recompensam etiam meré temporalem, aut immunitatem, vel iurium tibi debitorum remissionem concedendi absque alicuius conscientiæ scrupulo, plenam & liberam licentiam, & facultatem elargi-

ti fu

ti fuimus, prout in nostris inde confectis literis pleniús continetur. Cúm autem (sicut exponi nobis nupér fecisti) tu desideres præfatis patronis, etiam antequàm ius patronatus huiusmodi eis respectiuè competens in te transferant, aliquam recompensam, quam eis gratam & acceptam esse intellexeris exhibere: quod fieri satis commodè nequit, nisi priús inter te, vel agentes pro te, & illos tractatus, quem dictæ literæ expressè prohibere videntur desuper interueniat. Propterea fecisti nobis humiliter supplicari ne tám vtile Ecclesiis, & quieti patronorum huiusmodi consentaneum opus intermittatur tibi, & dictis patronis super recompensa per te illis donanda etiam qualis in eisdem literis est expressa, tractatum inter vos habere, & concordare etiam ante translationem per eos respectiuè faciendam, licité valeatis, licentiam cōcedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, maiestati tuæ & dictis patronis super recōpensa prædicta, etiam ante translationem ipsam inter vos tractum habendi, concordandi, & con-

uueniendi.

ueniendi, absque vllius conscientiæ scrupulo, planam, & liberam tenore præsentium licentiam elargimur, non obstantibus pręmissis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisqué contrariis quibuscunque præsentibus post annum minimè valituris. Datum Romę apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris, die xvii Decembris, M. D. XVII. Pontificatus nostri anno quinto.

Illud autem non tacebo, quod audiui à quodam senatore antiquo, Reges nostri regni habere fundatam suam intentionem in hac regno circa patronatus Ecclesiarum, vbi non apparet à quo, vel fundatæ vel dotatæ fuerint Ecclesiæ, & ita sæpius fuisse iudicatum, non tamen vidi sententiam aliquam super hoc latam, quod si ita est, non alia ratione nititur, quám supetiùs posita, num. 6. super quo tamen cogitandum relinquo.

CAP.

CAP. III.

Quæ sit natura patronatuum Ecclesiarum regiæ coronæ.

NOTABILIA ex hoc capite.

Patronatus Ecclesiarum pertinentium ad regiam coronam, regulantur tanquam alia bona eiusdē regiæ coronæ, in omnibus ijs, quibus potest applicari.

2 *Ius patronatus regularitèr transit in consequentiam feudi, vel alterius cuiuscūque vniuersitatis venditæ, etsi de eo non fiat mentio æquè principaliter.*

3 *In donationibus factis à Rege huius regni, nunquam includitur ius patronatus, etiam si donentur bona, castrum seu oppidum, quibus annexum est, imò semper requiritur vt verbis specialibus per Regem sit donatū*

4 *Illud donatū videtur, quod per relationem ad aliud donatur, & illud habetur pro specificè expresso, quod est in scriptura ad quem fit relatio.*

5 *Quando lex requirit quod in aliquo casu fiat expressa mentio & declaratio alicuius rei, non sufficit fieri per relationem ad aliud.*

6 *Quamuis regularitér Rex nunquam soleat donare patronatus regiæ coronæ, absque eo, quod donet castrū, oppidum, seu alia bona in quibus ius patronatus Ecclesiarum existat, tamen possunt prædicti patronatus per Regem donari, & concedi soli & de per se separatim à Castro, oppido, seu bonis coronæ.*

1 Patronatus Ecclesiarum pertinentium ad regiam coronam, regulantur tanquàm alia bona Regis, eiusdem coronæ, in ijs omnibus, in quibus id potest eis applicari, vt est expressa Ord. li. 2. tit. 17. §. 10.

2 Et quanuis secūdūm iuris regulas, ius patronatus transeat in consequētiam feudi

feudi, vel alterius cuiuscunque vniuersitatis venditæ, nisi de eo fiat mentio æquè principalitèr, vt quia dicitur vendo villá, seu oppidum, & ius patronatus, cap. Ex literis. vbi Abbas, cap. Cùm secundúm. de iure patronatus. Decius in cap. quãto, de iudiciis. Roch. de iure patronatus, verb. Ipse, vel is, quæst. 23. num. 42. Lambertin. lib. 1. part. 2. quæst. 5. principali. art. 14. & facit glos. in l. In modicis, ff. de contrahenda emptione.

3 Tamé de iure nostri regni illud est speciale in regiis patronatibus, quod nunquam censeantur per Regem donati, seu cócessi, etiã si donentur, bona, castrum, seu oppidũ, quibus annexum est ius patronatus, nisi illud nominatim, & verbis specialibus per Regé fuerit donatum, & concessum, vltra bona castrum, aut oppidũ donatũ, ita disponit Ord. d. lib. 2. titul. 17. §. 22. quæ in hoc cã iuris cómunis regulis deuiat, à notatis, nempé ad cap. Ex literis. & cap. Cũm secundúm. de iur. patr.

4 Quod procedit etiam si donetur ius patronatus regię coronę, facta relatione ad aliam donationé; quãuis enim illud donatũ videatur, quod per relationé ad aliud donatur, arg. l. asse toto, ff. de hęred. inst. & habeatur pro specifice expresso, id quod est in scriptura ad quam fit relatio. l. Ait prętor. §. Si iudex. vbi Doctores, ff. Re iudicata: l. Si ita scripsero. ff. Cond. & demonstr. Ant. in cap. 1 de cóstit. & consil. 2. lib. 1. Alex. consil. 81. n. 10. lib. 6. Boer. de legato, quæst. 1. n. 104.

5 Nihilominus tamé, quãdo lex requirit in aliquo casu quòd fiat expressa mẽtio, & declaratio talis rei, nó sufficit quod id fiat per relationem ad aliud, quia id quod fit per relationem non propriè fieri dicitur,

& ideo

& ideó nō satisfit legi requirenti expressam mētionē, vt pulchrè resoluit Felin. in cap. Translato, n. 5. de constit. per glos. verb. Expressè, in cap. Inquisitores, de hæreticis, in 6. & per dictum Dominici in cap. Humanum, col. 5. 1. distinct. & si habetur pro expresso, illud est impropriè & fictè, vt in d. §. Si iudex. ibi (sic accipiendū est, quasi quantitatem numerauerit) & in his terminis habemus expressam Ordinationem, lib. 2. titul. 17. §. 21.

6 Illud autē signantèr notandum est, quòd quanuis regularitér nunquam Rex soleat patronatus regię coronæ donare, absque eo, quod etiam donet castrū, oppidum, seu bona aliqua in quibus ius patronatus Ecclesiarum existant, nihilominus tamen, possunt etiam & patronatus Ecclesiarum regię coronæ per Regem donari, & concedi, soli, & de per se, separatim à castro, oppido, seu bonis coronæ, Ordin. dict. §. 22, vltimis verbis, ibi (*E se os ditos padroados a algum forem dados apartados, per graça special de juro, & de herdade, sem terra, villa, ou castello.*

Quæ omnia intelligenda sunt, ea ratione, quia ius patronatus, vt superiús diximus, non est merè spirituale, nam si huiusmodi esset non transiret cum vniuersitate, sed tātum est spiritualibus annexum, dict. cap. Quanto, de iudic. & ob id transit cum vniuersitate, si de eo æqué principalitér mentio non fiat, vt suprà diximus, accessoriè autem facta mentione illius, vt quia apponitur dictio cum, benè transit, Domin. in cap. vnico de iure patronat. lib. 6. Rochus dict. verb. Vel is, quæst. 25. & est communis secundùm Dec. in dict. cap. Quanto, col. penult. post Innocent. n. 1. & Abb. num. 2. in dict.

in dict. cap. Cùm seculum. Dec. in cap. Sedes, n. 10. de rescript. Roman. singul. 55

CAP. IIII.

De donationibus patronatuum Ecclesiarũ regiæ coronæ per Regẽ factis.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 REX Lusitaniæ solet *donare benemeritis bona regiæ coronæ ex consuetudine regni (idq; in Hispania, & Gallia obseruatur) quod etiam non stante consuetudine, fieri potest, dummodo moderate donet.*

2 *Rex Lusitaniæ potest, & solet de consuetudine regni donare iura patronatuum Ecclesiarum ad regiam coronam pertinentia, vel donato simùl castro, & oppido, vel per se.*

3 *Donatio facta iuris patronatus simùl cum castro, speciatim fieri debet, & de his iunctim scriptura fit.*

4 *Donatio patronatuum Ecclesiarum, si per se separatim fiat à castro, de illis solùm patronatibus charta regia fit.*

5 *Donatarij patronatuum ad regiam coronam pertinentium, vsufructuarij censentur, & præsentat Rectores ad Ecclesias.*

6 *Patronatus donati à Rege, semper regulantur vt bona regiæ coronæ.*

7 *Quanuis donatio iuris patronatus facta à patrono alicui laico, seu clerico, absque consensu Prælati in cuius diœcesi Ecclesia est, nulla sit, sufficit si posteà subsequatur, quod in remissione & permutatione locum habet, & in quacunque alia alienatione.*

8 *In donationibus factis, simùl cum castro, aut oppido iuris patronatus, non requiritur consensus Episcopi: secùs tamen est, si ius patronatus donetur per se, quia tunc requiritur cõsensus*

1 Quemadmodum Rex bona regiæ coronæ donare solet benemeritis, ex consuetudine nostri regni Hispaniæ, & Galliæ, Bartol. in l. Prohibere, §. Planè, ff. quod vi, aut clam, Bald. in cap. 1. §. Ex eâdem lege. de lege Conradi, sequitur Dec. in l. Debitorem, col. 1. versic: Ex consuetudine, C. Pact. Fabian. de emptione, quęst. 4. principal. in quæst. 6. in princ. Guilhel. Benedict. in cap. Raynunt. verb. Duas habens filias, à n. 69 Quod & non stante consuetudine fieri posse de iure, moderaté, & non in graue dãnum regni, probat cap. Intellecto de iureiurando, cap. Pastoralis, de donat. cap. Abbate sanè, de re iudic. in 6: Soares, allegat. 7. num. 8. Gregor. Lopez. in l. 22. titul. 13. partit. 2. verb. *O le embargassen* Azeuedius in l. 1. titul. 10. n. 13. & sequenti, lib. 5. recopil. Vaz, consultat. 132. num. 3.

2 Sic & pari modo potest & solet de consuetudine nostri regni, & iure illius, donare iura patronatuum Ecclesiarum ad regiam coronam pertinentia, vel donato simûl castro, seu oppido, vel de per se, vt superiùs diximus.

3 Si autem donat ius patronatus simùl cum castro, seu oppido, speciatim id fieri debet, & de his iūctim scriptura, seu charta donationis, regiæ fit de stylo, his verbis (*lhe doamos tal terra com toda sua iurisdiçam mero, & mixto imperio, & os padroados das Igrejas*)

4 Si verò per se separatim á castro, donatio fiat patronatuum Ecclesiarũ, de illis solùm etiam charta regia fit, cùm nulla alia bona sint, quæ donentur, præter regios patronatus.

5 Donatarij veró horum patronatuum, vsufructuarij censentur, & præsentant rectores ad Eccl sias, quemadmodum Rex id fe-

cisset, si illos non donasset, est enim præsentatio fructus iuris patronatus, vt inferiùs dicemus.

6 Solet autem Rex donare hos patronatus, ad vitam vnius donatarij, seu ad duas, vel tres vitas, seu de juro, & herdade, vt in aliis bonis regiæ coronæ fit, Ord. lib. 2. tit. 18. §. 1. notat Aluar. Vallas. de iure emphyteut. quæst. 50. n. 23. Quamuis autem hi patronatus donétur à Rege, tamen semper regulantur vt bona regię coronę, cùm ab illa originalitér procedát, attenditur náq; origo rei, cap. Dudùm, o 1 de electione: quod ad multa conducit, de quibus inferiùs agemus.

7 Illud autem aduertendum est, quòd licèt donatio iuris patronatus facta á patrono alicui priuato, siue laico, siue clerico recipiéti nomine proprio absquè Archiepiscopi, seu Episcopi consensu, in quorum diœcesi Ecclesia est, nulla sit, cap. 1. de iur. patr. in 6. vbi Archidiac. Domin. & Peru. communis in cap. Illud, de iur. patr. & in cap. Licét, eod. tit. Roch. de iur. patr. verb. Pro eo, 2. q. n. 3. Lambert. lib. 6 2. p. q. 6. in princip. & eâdem quæst. art. 2. Selua, de beneficio, 1. p. q. 5. n. 232. qui tamen consensus (vt hoc obitér notemus) non requiritur necessario vt interueniat in ipso actu, sed sufficit si posteà subsequatur, cap. Cura pastoralis, de iure patronatus, vbi Abb. Rot. antiqua decis. vltima, eodem tit. Card. cō sil. 6. Rochus verb. Pro eo num. 10.

Idemq; fit in remissione iuris patron. facta com patrono, cum idem sit remittere, & donare, cap. Veniens, de testibus, Abb. in cap. Ex insinuatione, de iure patronat. (quāuis glossa 1. ibi aliud velit) quòd & in permutatione iuris patronat. cum alio iure patronatu' procedit, capit.

Quæri-

Quærimoniam, de iure patronat. Roch. verb. Pro eo quod, n. 7. & verb. Ipse, vel is, n. 28. Staphil. de literis gratiæ, tit. de modo, & forma impetrandi, §. 4. licét glossa in Clementin. plures de iure patronatus, verbo, relicti, contrarium dicat, eadem enim fraus committi potest in permutatione, ac in qualibet alia alienatione.

8 Tamen quando donationes hæ de patronatibus fiunt, simùl cum castro, aut oppido & nó per se (quãuis & per se fieri posse superiùs diximus) trãsit prędictũ ius patronatus simùl donato castro, seu oppido accessoríè, etiá si de illo fiat mentio per dictionem, cum, vt suprà notauimus: & hoc casu de iure certum est valere donationem sine consensu Episcopi, cap. Ex literis. cap. Cúm seculum, de iur. patronat. Lambertin. 2. p. lib. 1. articul. 11. q. 5. princip.

Quód si ius patronatus donetur per se, & non simùl cum castro, aut oppido, vel vt donatarius pręsentet pro vna vice, quando vacauerit, tunc requiritur consensus Episcopi, illius diœcesis in qua Ecclesia est, iuxta dictum cap. 1. de iur. patr. in 6. tradũt Doctores superiùs citati: & nos vidimus quandã donationẽ factam de patronatu regio, per se, accedente consensu Episcopi, Ecclesiæ do Sardoal factã D. Anton. Dalmeida, & in illa Rex cómẽdabat Episcopo vt donationẽ cõfirmaret.

CAP V.

De donationibus patronatuum Ecclesiarum regię coronæ, factis monasteriis, & magistris ordinum militarium, Prælatis, & aliis Ecclesiis.

NOTABILIA ex cap. sequent.

IN donationibus patronatus regiæ Coronæ factis á Rege

Rege, monasteriis, magistris Ordinum, Ecclesiis, & Prælatis, consensus Episcopi necessarius non est, & de ratione, numer 2.

2 *Ius patronatus laicale donatum ecclesiasticis personis, sortitur naturã patronatus ecclesiastici, ex mutatione personæ, quod intellige vt n. 4. & 6.*

3 *Ius patronatus donatum à Rege Episcopo, non tamquàm Episcopo, sed tamquàm domino temporali, manet laicale, & mortuo Rege donante, tenetur Episcopus donatarius confirmare donationẽ illius, per alium Regem successorem, & ita de stylo regni fit.*

Episcopus potest simul esse & Comes. Ibid.

4 *Lis orta, inter Prælatũ donatarium patronatus coronæ, & Regem, Regisq; procuratorem, super donatione, debet ventilari apud iudicem regium.*

5 *Rex permutans de consensu Summi Pontificis seu Episcopi, patronatum coronæ, cùm Prælato, aut alia persona ecclesiastica, pro alio patronatu, seu re, patronatus seu res permutata, manet in totum regiæ coronæ, & patronatus, qui fuit coronæ, manet alterius Ecclesiæ, seu Prælati.*

6 *Quamuis donationes bonorũ regiæ coronæ, per Regem factæ, fundentur in remissione seruitorũ, nihilominùs per Regem succedentem in regno, confirmari debent.*

7 *Quamuis patronatus coronæ donatus Ecclesiæ maneat ecclesiasticus, ex dispensatione tamen Pont. Max. potest manere laicalis, & tamquàm patronatus coronæ quo ad omnes effectus reputatur.*

1 QVemadmodum monasteriis, magistris ordinum, Prælatis ecclesiasticis, Reges nostri, solent & semper consueuerunt,

runt, vt verè catholici, multas donationes facere, de castris, oppidis, iurisdictione, & bonis aliis regiæ coronæ, quód apud nos perquàm notum est, & probat Ord. lib. 2. tit. 26 §. 8. & aliis. Pari modo & patronatus Ecclesiarũ regiæ coronæ prædictis monasteriis, magistris ordinũ, Ecclesiis & prelatis donare solent, in quibus donationibus consensus Episcoporũ necessarius nó est.

2 Illa enim regula, quód in donatione iurium patronatuũ facta laico, seu clerico recipienti nomine proprio, non valeat nisi accedente Episcopi cósensu, fallit quando fit pio & religioso loco, cap. Licet. vbi Abb. cap. Illud, eodem tit. & ibi communis cap. vnico, de iur. patron. in 6. vbi scribentes,

3 Solet tamé dubitari, an hoc casu, ius hoc patron. sic donatum, sortiatur naturam patronatus ecclesiastici, desinatq; esse laicale, seu seculare? in quo dubio dd. communitér tenent, quòd desinit esse seculare & ecclesiasticũ fit: ex mutatione personæ, pro quo est singularis text. in cap. vnico, de iur. patron. in 6. quem exornat Lambert. de iur. patron. lib. 1. art. 8. q. 1. princip.

4 Quod procedit, si donatio fiat Ecclesiæ, tanquam Ecclesiæ: si verò fiat alicui Episcopo, vt domino temporali, veluti Episcopo Colimbriensi, tanquam Comiti (Potest enim quis esse simùl Comes, & Episcopus, Abb. in cap. Inter dilectos, n. 5. de fide instrum. Mol. de primogen. lib. 1. cap. 15. n. 97.) tunc manet patronatus laicalis, & donatarius coronæ, & talis Episcopus, cui, vt Comiti facta fuit donatio huius patronatus, per Regem, tenebitur, mortuo Rege, per sequentem Regé successorem confirmare donationé prædicti patronatus, vt de stylo nostri regni fit

Cùm enim hîc verè donatarius sit huius patronatus, & sic rei ad coronam pertinentis,& ab illa procedentis, & prouisio seu diploma confirmationis indictæ per Regē, donatarios vocet, comprehendet hunc donatarium,quòd in bonis regię coronæ probat Ord.lib. 2 tit.26.§.8. & aliis, & sic seruatur de consuetudine regni.

5 Ad illud etiam aduertendum est, quód si inter talem Prelatum, donatarium patronatus coronæ, & regem,regisq; procuratorē,super donatione hac lis fuerit,seu cum alio donatario,iudex cōpetēs in causa erit iudex regius secularis, vt cōcordatū fuit inter Regē, & Prælatos, anno 1578. & patet ex concordatis, § 3, & inferiús latiús agemus: quôd etiam probat Ord.lib.2.titul.1.§.7.& 8.& lib. 3. titul.5.§.vlt. quæ generaliter loquuntur in bonis regiæ coronæ,facit text. in cap.Verum,cap.Ex transmissa.de for.compet.cum aliis.

6 Superiùs tamen dicta, non habent locum,quando Rex patronatum coronæ permutauerit, cum Prælato, seu alia Ecclesia, pro alio patronatu, seu alia re,de consensu Summi Pontificis, seu Episcopi: nam tunc patronatus,seu res permutata manet in totum regiæ coronæ, & patronatus,qui fuit coronæ manet alterius Ecclesiæ,seu Prælati,in totum, ita vt hoc casu,non teneatur Ecclesia,nec Prælatus confirmare per Regē successorem hanc permutationem,vt probat Ordin. lib.2.tit.17.§.21.quemadmodum etiam,nec prædicta confirmatio necessaria est in bonis Regiæ coronæ,quæ per viam contractus in aliquem transierunt, vt dicemus in 2. p. nostrarum decisionum.

7 Quāuis si illa habeat ex dona-

donatione remuneratoria confirmatio omninò necessaria sit, nec enim apud nos hoc casu, locum habet regula legis. Aquilius, ff. de donation. Semper enim in nostro regno donationes per Regem factæ, bonorum coronæ regiæ, fundantur in remuneratione seruitiorũ, & eo nõ obstante, Regis succedẽtis in regno, confirmatione indigent, & sic seruat cõsuetudo regni nostri.

Est enim remuneratio seruitiorum potens ad iustificandam donationem regiam, cap. Intellecto. de iureiuran. Rebuf. de feud. q. 3. sed non vt confirmari non debeat, & sic tenẽdũ est, quód donationes omnes, quantũuis remuneratoriæ necessariò confirmãdæ sunt; cõtractus verò cum Rege facti, aut per mutationes, non ita.

Illud etiã aduerte, quod quãuis patronatus coronę, donatus Ecclesiæ, ma-
8 neat ecclesiasticus, ca. Vnicum. de iur. patr. in 6. (& suprà diximus) id intelligitur, nisi de Summi Pontificis dispẽsatione maneat laicalis, tunc enim reputatur tanquam patronatus coronæ, & laicalis, ad omnes effectus, vt vidimus in patronatu Ecclesiæ do Lumiar, concessum per Regẽ Dyonisiũ monasterio de Odiuelas, monialium Ordinis Cistercienfis, Scriba processus fuit Augustinus Rebello.

CAP VI.

Quibus modis possesio iuris patronatus regiæ coronæ, acquiratur.

NOTABILIA ex cap. sequent.

1 *Differentia inter ius patronatus, & ius præsẽtandi, assignatur.*

2 *Ad probationem iuris præsentãdi, sufficit vnica præsentatio, sequuta institutione ordinarij cũ effectu & n. 7.*

3 *Sumpta possessione castri, seu bonorum, quibus patronatus annexus est, sumitur etiam possessio patronatus.*

4 *Per possessionem castri retentam à possessore, retinetur pssessio iuris patr.*

5 *Donatar ius iuris patronatus, quatenus cõcernit proprietatem, & quatenus ut proprietas consideratur, potest possessionẽ acquirere per quoscunque actus exteriores declarativos huius possessionis.*

6 *Si donatarius secundus virtute donationis à Rege sibi factæ, possessionem acceperit, priorem spoliando, priori cõpetet interdictũ unde vi, vel saltem officium iudicis.*

7 *Possessio iuris patronatus quatenus concernit proprietatem, & ius, nondum redactum ad actũ, & exercitium præsentãdi, per quoscunque actus declarativos potest acquiri.*

8 *Possessio beneficij acquiritur per actus exteriores.*

9 *Possessor alicuius castri vigore cuius sibi competit ius patronatus, potest quãdocũque præsentare.*

10 *Præsides provinciarũ, mortuo ultimo rectore, statim debent accipere possessionem de patronatibus regiis nomine regio.*

1 IVs patronatus, & ius præsentandi differunt: nam ius patronatus est veluti proprietas; ius verò præsentandi est, tanquàm fructus ipsius iuris patronatus: & quæ est differentia inter proprietatem, & vsufructum, eadem est inter ius patronatus, & ius presentandi: iuxta l. pen. ff. Acquiren. posses. gloss. magna in fine, in l. 3. §. Ex contrario, vbi Bart. ff. eodem tit. Alcia. consil. 294 Boer. decis. 42. in terminis tradit Roch verb. Ius n. 8. & verb. Competens, n. 45. & verbo, Ipse, vel is n. 34. Lambert. 7. p. lib. 2. q. 3. art. 1. Staphil. de literis gra-

ris gratiæ, tit. de iuris patronatus, & iuris præsentandi differentia, n.3. Roland. à Valle consil. 47. volum. 1. n. 30. Mol. de primogeniis, lib. 1. cap. 24. facit tex. in Clemen. plures de iur. patr

2 Ad probandam igitur quasi possessionem iuris præsentandi (in iuribus namquê incorpóralibus, quasi possessio, est quæ datur, l. 3. §. Vnde vi, iuncto §. pen. ff. de vi & vi armata, communis in cap. Consultationibus, de iure patron.) requiritur vna præsentatio, & vnica sufficit, sequuta institutione ordinarij cum effectu, glos. cómuniter approbata, verb. Trium, in cap. Cùm Ecclesia. de causa posses. & proprietatis. Oldr. cons. 312. Calder. cósil. 12. Roma. cósil. 311. Dec. cósil. 114. Ias. in. §. æquê si agat, n. 43. Instit. de action. Roch. vbi suprà. q. 14. n. 43. Lamber. 2. p. lib. 2. art. 10. 3. q. prin. cum seqq. Couar. pract. cap. 14. n. 2. Nullo alio autem modo acquiritur possessio iuris præsentandi, quàm per præsentationē, licét vnicam, vt suprá diximus, cap. Quærellā, vbi notant, dd. de elect. Nauar. consil. 3. de iur. patr.

3 Si verò agamus de possessione iuris patr. quatenus proprietas est, si donatum sit castrū, cui illud est annexū, seu vēdita sint bona, quibus annexū est, & accessorium, sumpta possessione castri, seu bonorum, in consequentiā sūmitur possessio iuris patronatus, id est, proprietatis, & iuris ad proprietatem spectantis, notāt scribentes in cap. Ex literis, de iur. patr. facit l. Si adoptauero, vbi dd. ff. de præca. Bald. l. de his, C. de fur. Aretin. in l. 3. in princ. col. 6 ff. de acquiren. posses. & in l. Cúm hæredes, col. 2. ff. eodem tit. Pelaez. de maioratibus, 3. p. q. 11.

4 Et sic per possessionem castri retentam à posses-

 sore,

fore, retinetur possessio iuris patronatus, hoc modo considerati, tradit Innocentius in ca. Cùm super, de causa posses. & propri. & in cap. In literis, de restitut. spoliat. Rota decis. 241. in nouis.

Si verò donetur ius patronatus per se alicui, absquè castro, & bonis, eo modo, quo ius has donationes validas esse vult, vt superiùs diximus, & quando donatur etiam per Regé, absquè castro, iuxta Ord. in lib. 2. tit. 17. §. 22. ad finem, potest donatarius huius iuris patronatus, quatenus concernit proprietatem, & quatenus vt proprietas consideratur, & prædictæ donationis regiæ, de illo patronatu factæ, possessionem acquirere, per quoscunque actus exteriores declaratiuos huius possessionis, & possessio hoc modo acquisita ad multa proderit.

5

6 Si enim donatarius alius, contendat sibi esse factam donationem secū dam, prædicti patronatus á Rege, & acceperit possessionem, priorem donatarium spoliando, interdictum restitutorium priori competet, vel saltem officiū iudicis, propter detentationem illam à qua spoliatur, iuxta notata ad l. Aquilius. ff. Donat. tradit multa Menoch. vlt. remedio, recuperandæ, per totum.

7 Atqué ita dicendū est, quòd quāuis in quasi possessione iuris præsentādi, necessaria sit præsentatio rectoris, & institutio ordinarij, quæ effectum sortiatur: Tamé in possessiono iuris patronatus, quatenus cócernit proprietaté, & ius illud non dum redactum ad actū, & exercitiū præsentandi, potest dari possessio, & acquiri per quoscūque actus declaratiuos huius acquisitionis, & ita solet fieri, & ego vidi multa instrumenta publica notariorū, harū possessionum

ſeſsionũ, quæ hoc modo ſumebantur per præſides pouinciarũ, nomineregio & per donatarios regios, & valet arg. à ſolitis, l. Si quis donaturus, vbi Bar. ff. vſufruc. Guid. dec. 173. n. 3

8 Sic pari modo, de ipſo beneficio acquiritur poſſeſsio. per actus exteriores, de quibus per Rebuf. in prax beneficial. tit. de miſ. in poſſeſ. Menoc. de adipiſcen. rem. vlt. & poſt hos actus ſubſequitur præceptio fructuum eiuſdẽ beneficij, quę perficit poſſeſsionẽ illã priorẽ, & ita cũ hoc fiat in beneficio q ſpirituale eſt, ita poteſt fieri in iur. patr. q eſt ſpiritualibus annexũ, vt tradit Palat. in repet. rub. §. 10. n. 27. Octauian. Veſtr. lib. 3. de iudiciis, cap. 3. in princ.

9 Eo maximé, quòd poſſeſſor bonę fidei alicuius caſtri vigore cuius ſibi cõpetit ius patr. licèt nũquàm pręſẽtauerit, poteſt quãdocũque voluerit pręſẽtare, vt eſt ſingularis dec. Rotę in nouis 141. & rationẽ reddit, quia caſtrũ videtur ſẽper retinuiſſe hoc ius pręſentandi, & poſſediſſe, & allegat Inno. in cap. Cũm ſuper. de cauſa poſſeſ. & propriet. & in cap. In literis. de reſtitut. ſpol.

10 Et ad hoc maximè aduertere debent præſides prouinciarũ, vt in patronatibus regiis, mortuo vltimo rectore, ſtatim poſſeſsionẽ accipiãt nomine regio: quanuis enim per hãc capturã poſſeſsionis, iuris præſentandi poſſeſſio non acquiratur, nihilominus tamen conſeruatur ius regiæ coronæ; in quibus, mortuis poſſeſſoribus, tenentur ſtatim poſſeſsionem accipere nomine Regis, & regiæ coronę quoad vltimi poſſeſſoris ſucceſſor doceat de iure ſuo.

CAP. VII.

An contra Regem, & coronam

ronam regni, locum habeat præscriptio in patronatibus regiis.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Laicus contra laicum, potest præscribere ius patronatus.*

2 *Attento iure regni, bona coronæ & iura regalia impræscriptibilia sũt, & nulla præscriptio quantũuis centenaria, seu immemorialis contra Regem, regiamq; coronã procedit.*

3 *Lex potest ex causa efficere, vt absque titulo nulla insurgat possesio.*

4 *In regno Castellæ, etiam iura regalia impræscriptibilia sunt.*

5 *Contra ius resistens, nulla potest dari præscriptio.*

6 *Rex contra vassalum præscribere potest ius patronatus, tempore ordinario requisito. in præscriptione patronatuum priuatarũ personarum.*

HANC quæstionem mouent Doctores, quæ dupliciter formatur: primo, circa personas pręscribentes ius patronatus, cõtra Ecclesiam, quæ semper libera fuit, vel quæ aliquãdo patronata fuit, & modò libera est.

Secundò, quando laicus contra laicum præscribere vult patronatum de aliqua Ecclesia.

De priori quęst. tractat Lamber. de iur. patr. 2. p. lib. 1. q. 10. ar. 5. post Roch. verb. vel is àquo, p. 26. Couar. in reg. possessor, 2. p. §. 10. n. 20. qui latissimè materiã prosequitur, de qua non agemus modò, cúm contra nostrum institutum sit.

1 Circa secundam verò quæst. omnes, dd. concludũt, quòd laicus cõtra laicũ ius patronatus præscribere potest, tradit Couarrub. post alios, vbi suprá, vbi ponit, quod tempus ad præscriptioné

hanc complendam necessarium sit.

2 Sed an contra Regem præscriptio procedat, præsentis est speculationis, in quo articulo, aduertendum est, patronatus regiæ coronæ (vt suprà diximus) bona regiæ coronæ censeri, Ord. lib. 2. tit. 17. §. 5. de iure autem nostri regni, bona coronæ, & iura regalia impræscriptibilia sunt, ita vt nulla præscriptio, quantumuis centenaria, nec immemorialis, contra Regem, regiámq; coronam procedat, Ord. lib. 2. tit. 26. §. 54. quæ omnem possessionem dãnat in iuribus regalibus absq; titulo. & prædicta Ordin. omnia iura regalia compræhendit, & sic semper intellecta fuit, & iudicatum per antiquos senatores, vt vidi in multis processibus antiquis, in archiuo processuum Scribæ regiæ coronæ.

3 Potest nãque lex ex causa efficere, vt nulla possessio insurgat, non dato titulo. immô ob id damnata, & reprobata sit, Lazarte de decima vendition. capit. 29. n. 5. Vallas. de iure emphyteut. q. 8. n. 26. cùm ergo non detur possessio, ex eo quod non datur titulus, & absque possessione præscriptio non procedat, reg. Sine possessione. de regulis iur. lib. 6. benè sequitur, quòd in patronatibus regiis, præscriptio contra Regem, regiamq; coronam dari non potest, quod in nostro regno iudicatum fuisse, testatur Vallas. vbi suprá, q. 9. n. 27 versic. Rursús. & ego vidi processum, vbi sentẽtia illa lata fuit in fauorem excellentissimi Ducis Aueriensis, contra Dõnum Antonium de Castello branquo Pombeiro.

Benè verùm est, quod meo tempore, oppositis exceptionibus. per Dõnum Petrum de Castellobrãco, eius filium, sententia reuocata fuit, sed non propter

hoc

hoc fundamentum, sed per alia fundamenta diuersa, & sic illud in suo robore mãsit, ex regula text. in §. Affinitatis instit. de nuptiis: à iudicatis autem recedendum non est, l. Filius, ff. Falsis, cum similibus: tradit latè Pinelus in l. 2. C. Rescindend. 2. p. capit. 4. num. 2. cum sequentibus.

4 Sic similitèr in regno Castellæ, iura regalia imprescriptibilia sunt, Coua. practicar. capit. 1. 2. & 3. Auendan. de exequend. mandat. lib. 1. cap. 4. & in regno Franciæ, Rebufus ad leges Galliæ, tom. 3. titul. de materiis possessoriis, articul. 2. glossa 2. num. 26. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. numer. 153. Cùm enim ius

5 resistat, contra ius resistens, præscriptio non datur, cap. 1. de præscript. in 6. capit. Ad decimas. de restitution. spoliatorum. eodem lib. Hostiens. in cap. Si diligenti. vbi Abbas num. 21. de præscript. Bart. in l. 1. in fine, ff. de iurisdict. omnium iudicum, & latiús de hoc per nos in 2. p. nostrarum decisionum.

6 Rex veró contra vassalum præscribere potest ius patronatus, quia ex parte Regis non militat ratio illa damnatæ possessionis, imô ita est, ac si quælibet priuata persona cõtra aliã præscribat, & sic præscribet tempore ordinario, requisito in præscriptione patronatuum priuatarum personarum, vt per Couarub. vbi suprá, n. 8. Quibus omnibus addendum est, Concil. Trident. ses. 25 sub tit. de reformatione.

CAP. VIII.

An in Ecclesiis patronatuum regiæ coronæ, locum habeat dispositio capit. Consultationibus. de iure patronatus

tronatus, & de eius intellectu,

NOTABILIA ex cap. sequent.

1 *PRæsentatus ab eo, qui est possessione iuris præsentandi, si instituatur ab ordinario, manet in Ecclesia pro illa vice, etiam si ius patronatus á vero patrono euincatur.*

2 *Decisio, cap. Consultationibus. de iure patronat. non habet locum in patronatibus regiis.*

3 *Decisio dicti capitis, Consultationibus, non habet locum, quando lis est super patronatu cum Episcopo, qui Ecclesiam patronatam collauit, absque patroni consẽsu, intra tempus ei â iure datum, & de ratione, n. 4.*

5 *Collatio nulla, est ac si facta non esset, & idem est non facere, & nulliter facere.*

6 *Intellectus ad decisionem Rotæ, de qua agit Menochius consil. 90. ad fin. lib 1.*

7 *Cap. Consultationibus. de iure patronatus, non habet locũ, quando ex parte præsentantis datur mala fides.*

8 *Caput, Consultationibus, de iure patronatus, non habet locum, quando quæstio, & lis est super spolio.*

9 *Restitutio tantùm reddere debet, quantûm abstulit spolium.*

10 *Quando mouetur quæstio super spolio patronatus regij, semper vocatur in iudicium rector collatus, Episcopus, qui collauit, & si Ecclesia est de patronatu, debet etiam vocari patronus, & Episcopus qui instituit.*

11 *Collatus ab Episcopo in patronatu regio, non solùm Ecclesiam reddere debet, sed & omnes fructus restituere, à tempore spolij.*

Præce-

1 PRæcedēti capiti, proximum erit, tractare de intellectu, cap. Consultationibus. de iure patronatus: Dubitaui namquè sępê, an in patronatibus regiæ coronæ, locus esset dispositioni illius capitis? conclusio illius text. est; Quòd præsentatus ab eo, qui est in possessione iuris præsentandi, si instituatur ab ordinario, manet in Ecclesia pro illa vice, etiam si prædictum ius patronatus à vero patrono euincatur.

Facit dubium, quòd tex: ille, vt procedat, requiritur quòd possessio iuris præsentandi detur ex parte presentantis. glos. ibi, verb. Credebatur, & communis: atqui possessio (vt cap. præcedenti diximus) in patronatibus regiis absquè titulo non datur, ergo si nō detur titulus, quo casu non datur possessio, etiam si rector præsentatus fuerit ab illo, qui detinet defacto, & posteà euin-

2 catur iuspatronatus à procuratore regio, talis rector sic præsentatus de facto remoueri debet, licèt contrarium fiat in patronatibus priuatarum personarum, iuxta illius textus cōclusionē: deficit namq; requisitum illud possessionis, quod textus ille desiderat.

3 Et vt illius text. verus intellectus habeatur, limitanda est conclusio illius, vt locū non habeat, quādo lis super patronatu est cū Episcopo, qui Ecclesiā patronatam collauit, absquè patroni consensu, intra tēpus ei à iure datum: nam euicto patronatu à vero patrono, rector cui Episcopus Ecclesiam collauit, remoueri debet, & præsentatus de nouo á vero patrono, ab illo institui.

Patet hoc, nam text. loquitur, quando lis est inter duos patronos, Episcopus autem, non vt patronus, sed tanquàm ordinarius diœcesanus Ecclesiā collat

collat, quæ cùm inueniatur per sententiam esse dē patronatu, & sit collata ab Episcopo sine consensu patroni, talis collatio nulla est, vel saltem irritā da, cap. Decernimus, 16. q. 7. cap. Illud. cap. Cùm dilectus. de iure patronatus: facit l. partitæ, 11. titul. 15. partit. 1. Paris. consil. 143. col. 1. vol. 4. Roland. à Valle consil. 47. á num. 29. volum. 1.

5 Et cùm talis collatio nulla sit, est ac si facta nō esset, cùm idem sit non facere vel nulliter facere, l. Quoties, ff. Qui satisd. cogant. faciunt tradita per Card. in Clement. 1. q. 9. de iure patronat. hoc tamen casu: locus erit dispositioni text. in cap. Cùm vos. de off. ordinarij.

6 Nec supradictis obstabit decis. Rotæ allegata per Menoch. consil. 90. ad fin. lib. 1. quia illa decisio probat, quód inter collatores, est etiam locus dispositioni capitis consultationibus, veluti quando Episcopus, Ecclesiam collauit, quę posteá constitit, pertinere ad collationem cuiusdam prioris, nam tunc collatus ab Episcopo manebit in Ecclesia; At nos loquimur in Ecclesia patronata, qui est casus multum diuersus, & ita tenendum est.

7 Secundó limitatur, ille text. vt non habeat locū, quandō ex parte præsentantis datur mala fides, requiritur enim bona fides, vt decisio illius procedat, glos. ibi, versic. Possidebat, Abb. & communis, Innocent. in cap. 2. de in integr. restitut. Rochus ver bo, Competens, n. 45. vbi de hac quæstione laté agit; Vnde sequitur, quòd si in libris confirmationum Episcopi, reperiatur institutio aliqua facta ad præsentationem Regis, seu alicuius patroni, nunquam collatio Episcopi procedit, imó rector collatus remoueri debet, argument.

gument. text. in l. Nō est ferendus, ff. Transactionibus, Ordinat. nostra, lib. 2. tit. 45. §. 3.

Vltimò, text. ille limitatur, vt locum non habeat,
8 quando quæstio, & lis est super spolio, nam tunc cū procurator regius petat, in integrum restitui, ad restitutionem hāc plenariū effectum habendam, necessario remouendus est ab Episcopo collatus, seu ab alio patrono, iuxta regulam text. in l. Restituere, l. Plus est, l. Hæc verba, ff. Verborum significat, l. Quòd si minor, §. Restitutio, ff. Minoribus, ca. 1. vbi dd. de restit. spol. Meno. de recup. in præl. n. 4. Couar. variar. lib. 1. cap. 3.

Tantum enim restitutio reddere debet, quātum
9 abstulit spoliū. Bart. in l. Qui proprio, ff. procurat. Tyraq. de retr. lib. 1. §. 1. glos. 14. n. 74. & §. 32. glossa 1. n. 69. quod non aliter fiet, quàm relicta Ecclesia à rectore, per ordinarium collato, & instituto præsentato nouitèr per Regē, seu alium patronum, vt in simili tradit Lucas de Peña in l. Si colloni, n. 4. C. Agricol. & Censit. lib. 11. quod in facto ita obtinui non semèl, tanquàm regius procurator, anno 1592. super patronatu Ecclesiæ de Chacim Episcopatus Mirādensis, & anno 1591. super patronatu S. Michaëlis de Agrobom, Archiepiscopatus Bracharēsis: processus sunt in Archiuo scribæ, processuum coronæ. Aliter magnū absurdū daretur, quòd Episcopi Ecclesias collarent, quæ essent de patronatu regio, quotiescūque vellēt, vt quia scirent pro illa vice per illos collatos remanere in Ecclesiis debere.

10 Eò maximè, quòd sēper in his litibus super spolio, in iudiciū vocatur rector collatus, Episcopus qui collauit, & si Ecclesia est de patronatu, patronus etiam

etiam in ius vocatur,&Episcopus qui instituit; omnes namq; spolium dicuntur hoc casu facere,Innocent.in cap. Audita,col.1. de restit.spoliat.& in cap. Cùm Ecclesia Vulterana. de elect.Rebuf.ad ll. Gal. tit.de materiis possessoriis art.1.glos.2.n.26.& n.27. vbi hoc notabilitèr tradit

11 Sic & pari modo dicendum est,quòd collatus ab Episcopo, non solùm Ecclesiam relinquere debet, sed & fructus omnes restituere à tẽpore spolij, iuxta vulgares regulas Iuris, l.Videamus,§. in fauiana, ff. Vsuris,cum aliis: tradit Couar.variar.lib.1. cap.3. & ita obtinui in prędicto processu, cùm essem procurator regię coronæ,patronatus Ecclesiæ de Agro bom,Scriba Petro Almirante, anno 1591. ne aliâs ex spolio intrusus, commodum reportet, contra regulam,l. Non fraudatur, §. Nemo, ff. de reg.iur.

CAP IX.

Intra quod tempus poterit regius procurator conqueri de spolio facto regiæ coronæ.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Rex in suo regno vti administrator regni, & bonorum illius est.*

2 *Administratores, Prælati, ciuitatum curatores, & tutores, non possunt alienare nisi in casibus à iure permissis, & interuenientibus solennitatibus á iure requisitis.*

3 *Corona regia vna semper est, & nunquám moritur.*

4 *De spolio facto contra Regem,seu coronam,potest conqueri procurator regius nomine ipsius regiæ coronæ,etiam mortuo Rege,in cuius tẽpore spoliũ factũ fuit,& tẽpore regũ*

successorum, & num. 6.

5 *Prælatus nomine suæ Ecclesiæ, potest agere contra spoliantem Ecclesiam, etiam si spolium factũ sit in vita sui prædecessoris*

6 *Corona, & fiscus a pari procedunt, & gaudent remedio restitutionis.*

1 REX in suo regno, vti administrator regni, & bonorum illius est, Lucas de Peña in l. Quicunque, C. de omni agro deserto, lib. 11. Pelaez de maiorat. 4. p. quæst. 1. numer. 54. ita, vt non possit res regni in graue damnũ regni, alienare, cap. Intellecto. de iureiuran. quanuis possit donare benemeritis, præcipuè in regnis, vbi id consuetudine introductum est, vt suprà diximus, cap. Abbate sanè. de re iud. in 6. Bart. in l. Prohibere, §. Planè, ff. Quod vi aut clam.

2 Quod, & in aliis administratoribus etiam procedit, vt non possint alienare, nempè in Prælatis, ciuitatum curatoribus, tutoribus, & similibus, Brunus tractat. de diminutionibus, concl. 6. n. 20. nisi in casibus à iure permissis, & interuenientibus solẽnitatibus á iure requisitis.

3 Corona autẽ regia vna semper est, & nunquam moritur, tradit elegantér Mol. de primogeniis, lib. 4. cap. 11. n. 47. & ipsa corona est, quæ possidet.

4 Cùm hoc ita sit, iam sequitur, quòd de spolio facto contra Regem, seu coronam, potest cóqueri à procuratore regio, ipsius regiæ coronæ nomine, etiã mortuo Rege, in cuius vita spolium factum fuit, & tempore Regis, seu regũ successorum, etiam si, non sit restituto spolij petita contra spoliantem in vita Regis immediatè spoliati.

5 Similiter ac Prælatus nomine suæ Ecclesiæ, potest agere contra spoliantem Ecclesiam, etiã si spolium factum sit in vita sui prædecesso-

decesſoris, Innocen. in ca pit. Cûm super. col. 2. & ibi Bellamer. n. 7. de causa possef. & propriet. idẽ Innoc. in cap. Ex parte. de arbitris, Gigas de pension. quæst. 47. num. 11. Masc. de probation. 3. p. concl. 1324. n. 23. & sequent. Guido, q. 355. Bertachin. in tractat. de Episcopo, 1. p. lib. 3 q. 36. Menoch. de recuper. possesſione, remed. 1. numer. 411. omninò videndus.

Sic etiam poteſt procurator regius intentare actionem spolij, contra Prælatum succedentem Prælato, qui spoliator fuit, ex eo quia succesſor, & prædecesſor in dignitatibus, vna persona reputantur, & dignitas, & officiũ nũquàm moritur, cap. Quoniam. vbi Abb. de officio delegati, ca. Si gratiosè. de rescrip. in 6. & ibi Doctores, tradit Guid. dec. 629. Gigas vbi suprá, n. 10. Et ego in facto obtinui in causa regij patronatus, ad quod maximé debent regij procuratores aduertere, quando libellum intentant nomine regiæ coronæ, quæ semper eſt vna, & nunquàm moritur, & quę semper spoliata dicitur.

6 Et si opus fuerit per remediũ reſtitutionis, quo gaudet corona, & fiscus, notatur ad legem, Respublica, C. In quibus causis in integrum reſtitutio non eſt necesſ. & reſtituitur corona, & fiscus ad agendum, nec tẽpus ei currit, l. Ait prætor, §. Sed & in iudiciis, ff. Minori. glossa in l. Auxili. verb. Cesſabit, ff. eod. tit. Aret. consil. 20. col. vlt. fiscus enim in his reſtitutionibus, & Ecclesia æquiparantur, l. vlt. C. Sacrosanct. Ecclesijs, Vallaſ. consult. 40. n. 2.

CAP X.

An rector Ecclesiæ regij patronatus, posſit renuntiare beneficium

 in fauo-

notabilis ad verbum, Manibus, in Clement. vnica, in additione de renunt. facit cap. Ad hæc. de officio Archid. Innocentius in cap. vlt. de renunt. Abbas in cap. Significatum, col. 2. de præbend. Roch. verb. Honorificum, q. 3. art. 9. cap. 51. Gomez. in regul. de infirmis resignantibus, q. 17. vbi dicit, quòd si rector renũtiet absquè consensu patroni, potest patronus præsentare, ac si Ecclesia vacauerit.

2 Et adeó verùm est id, quod suprà diximus, vt nec legatus Papæ possit hoc casu laicali patronatui preiudicare, Roch. vbi suprà.

3 Cùm ergo hoc ita sit de iure, in patronatibus priuatarũ personarũ, idem & maiori ratione, in patronatibus regiis dicẽdũ est, ita, vt nec per SũmumPõtificem acceptatę renũtiationes prȩiudicẽt regio patronatui, quominùs Rex possit præsentare, siquidẽ eius consensus requisitus non fuit in tali renuntiatione: Nunquàm enim Sũmi Pontifices intendunt præiudicare in aliquo patronatibus regiis, etiam si Ecclesiæ patronatuum regiæ coronæ in curia vacent, tradit Rebufus in praxi beneficiali, titul. de tertia signatura, numero 63. Rochus vbi suprá, verbo, Competens, q. 24. Couar. in pract. capit. 36. per totum.

4 Pari modo: nec poterit Ecclesia, patronata, & quæ fuerit de patronatu regiæ coronæ, in commẽdam erigi sine consensu patroni laici, nec sine cõsensu Regis, glos. in cap. Nemo deinceps. vbi Doctores de electione, in 6. Gigas de pẽsionibus. q. 23 n. 3.

5 Nec itidem vniri alteri Ecclesiæ, nõ interueniẽte cõsensu patroni, seu Regis, in Ecclesiis sui patronatus, Abb. & reliqui dd. in cap. Cùm accessissẽt. de

verb. Obtinet, Federic. cõsil. 200. Felin in cap. In nostra, num. 30. de rescript. Octauian. decis. 116. n. 3.

9 Eò maximé, quòd de præsentatione regia anti qua constabat ex libris prædicti Episcopi, & sic erat in mala fide, & nõ poterat præscribere cum mala fide, etiam immemoriali præscriptione, cap. vlt. de præscript. arg. l. Non est ferendus, ff. de transactionibus. itidem vt suprá diximus, in patronatibus regiis non datur possessio absquè titulo, nec præscriptio: & sic obtinui in causa ardua cuiusdã patronatus regij.

10 Propter quæ necessarium est, vt præsides prouinciarum, & prouisores regij semper ac Ecclesiæ regij patronatus vacant, inquirant de eo, & instrumenta faciant, per quæ cõstet ipsos nomine regio illorum patronatuum possessionem accipere, ita enim de his renunciationibus apparebit, & de aliis multis, quæ sunt in præiudicium regalium patronatuum: ipsi autem præsides summè inuigilare debent circa bona regiæ coronæ suę prouinciæ, vt est Ord. lib. 1. tit. 4. §. 44. consensum autem ad has renũciationes solet Rex præstare, & ego vidi aliquas regias prouisiones super hoc, quod tamé cum magna causa fieri debet, & non alitér.

CAP. XI.

An posit permutari Ecclesia regij patronatus, cum alia, sine consensu Regis.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Ecclesia patroni laici, seu ecclesiastici, permutari non potest, sine consensu patroni.*

2 *Beneficium electiuum, absquè*

constitit. Gig. vbi sup. n. 7. Ripa respon. 21.

6 Nec per Episcopũ conuerti Ecclesia patronata in præbendas, vt deseruiant in necessitatibus alteri Ecclesiæ, sine patroni, & Regis consensu, quando patronus est, Abb. in cap. Suggestum. de iur. patron. Roch. d. verb. Honorificum, q. 3. n. 8. Gigas vbi suprá.

7 Deniqué non possunt Episcopi similia facere in præiudicium regij patronatus. Quando autem patronus est ecclesiasticus, vide per Roch. vbi supra. Giganté de pension. q. 24 n. 1. & n. 2.

Aduertendumauté est, quód hæ renuntiationes multum solent præiudicare patronatibus regiæ coronę, cùm enim fiant inscio Rege, in manibus Papæ, seu Episcopi, & ferè semper ignoretur de tali renuntiatione per officiales regios, vt semèl Episcopi in prædictis Ecclesiis renuntiationes acceptãt, & instituunt de facto illos, in quos renuntiationes fiunt, & posteá Ecclesias collant. Accidit vt per hos modos exeant Ecclesiæ de corona regia.

8 Et ego obtinui sententiam in quodã regio patronatu vnius Ecclesiæ magni redditus, quæ per has similes renũtiationes cæpit exire à corona regia, per centum & plus annos, & volebat quidam Episcopus allegare possessionem hanc, sed non profuit ei, quia hæc possessio fuit clandestina, & non in vim collationis ordinariæ, sed renuntiationis factæ per illum, qui Ecclesiam habuerat, per præsentationem regiam, & ita non poterat Episcopus sibi mutare causam possessionis (l. 3. §. Illud. ff. de acquir. possession.) dicendo, quòd spectabat ad illum collatio, facit cap. Super eo. de præbend. in 6. & ibi glos.

verb.

verb. Obtinet, Federic. cō sil. 200. Felin in cap. In nostra, num. 30. de rescript. Octauian. decis. 116. n. 3.

9 Eò maximè, quòd de præsentatione regia anti qua constabat ex libris prædicti Episcopi, & sic erat in mala fide, & nō poterat præscribere cum mala fide, etiam immemoriali præscriptione, cap. vlt. de præscript. arg. l. Non est ferendus, ff. de transactionibus. itidem vt suprá diximus, in patronatibus regiis non datur possessio absquè titulo, nec præscriptio: & sic obtinui in causa ardua cuiusdā patronatus regij.

10 Propter quæ necessarium est, vt præsides prouinciarum, & prouisores regij semper ac Ecclesiæ regij patronatus vacant, inquirant de eo, & instrumenta faciant, per quæ cō stet ipsos nomine regio illorum patronatuum possessionem accipere, ita enim de his renuntiationibus apparebit, & de aliis multis, quæ sunt in præiudicium regalium patronatuum: ipsi autem præsides summè inuigilare debent circa bona regiæ coronæ suę prouinciæ, vt est Ord. lib. 1. tit. 4. §. 44. consensum autem ad has renūciationes solet Rex præstare, & ego vidi aliquas regias prouisiones super hoc, quod tamē cum magna causa fieri debet, & non alitér.

CAP. XI.

An possit permutari Ecclesia regij patronatus, cum alia, sine consensu Regis.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 E*cclesia patroni laici, seu ecclesiastici, permutari non potest, sine consensu patroni.*

2 *Beneficium electiuum, absquè*

absquè eo quòd ellectores consentiant permutari non potest.

3 *Permutatio facta, irrequisitis patronis, firma est, quamuis possit postea infirmari, probata legitima causa.*

4 *Permutatio facta in Curia Romana, non facta mentione iuris patronatus laicorum nulla est, propter surreptionem.*

5 *In Patronatibus regiis, non valet permutatio Ecclesiæ, absquè Regis consensu.*

Quid si petatur à Rege prædictus consensus, & contradicat non data legitima causa, seu data, an Summus Pontifex illi possit præiudicare? vide ibidem.

1 ECCLESIA patroni laici, seu ecclesiastici, permutari non potest, sine consensu patroni, vt nec permutari beneficium ele-
2 ctiuum absquè eo quod electores consentiant; glossa in Clementin. vnica de rerum permutatatio. & est communis opinio ex Ioanne Andrea, & Perus. numer. 7. in capit. vnico, de iure patronatus, in 6. quod etiam procedit, etiã si patroni id sciant, contradicant tamen, data causa legitima, vt per Nicolaum in Repertorio, verbo, Præsentatio 7. Dominic. dicto capit. Vnico, num. 27. tunc enim permutatio expediri non potest, sed alia via Ecclesiis prouidendum est.

Quando verò ipsi absquè causa legitima contradicerent, tunc permutatio valida erit, Immol. in cap. vltim. numer. 24. de rerum permutat. Rota decis. 5. de rerum permutation. in nouis, tradit Lambertinus de iure patronatus, 1. p. lib. 2. articulo 6. sexta quæstione princip. vbi late de materia.

Non

3 Non requisitis autem patronis, permutatio firma est, quamuis posit postea infirmari, probata legitima causa, secundum communem opinionẽ ex Cosm in pragmat. tit. de electione, § Quoniã. Rochus, verb. Honorificum, q. 3. post Rot. vbi suprà Couar. practicar. cap. 36. n. 9.

4 Permutatio tamen facta in curia Romana, non facta mentione iuris patronatus laicorum, nulla est, propter subreptionem vt sentit Collectar. in cap. Cùm olim, n. 5. de iur. patron. Lapp allegat. 96. Gigas de pens. q. 24. n. 5. Couar. vbi suprá, Rebuf. in praxi benef. 2. p. signaturę verb. Iuris patronat. q. 3. numer. 21. hæc autem in patronatibus priuatarum personarum, intelligenda sunt.

5 In patronatibus autem regiis indistinctè dicendum est, non valere permutationẽ Ecclesiæ, absque Regis consensu, & illo inscio; quòd si requiratur, & ab eo petatur cõsensus, & cõtradicat, non data causa legitima, siue data? non solet Summus Pontifex ei in aliquo prę iudicare, nec permutationem validare, cùm regij patronatus plures fauores habeant à Sede Apostolica, vt suprà cap. 10. diximus, & hoc iure vtimur, Couar. vbi suprà, n. 9. versiculo. His deniquè. vidiq; ego petitum consensum á Rege ad permutandum beneficiũ quoddam regij patronatus, cum Canonicatu cuiusdam Ecclesiæ cathedralis, & solet á Rege concedi, allegatis iustis causis, quæ multæ dari solent, vt quia rector infirmus est, & Ecclesia in terra deserta, destituta medicis, vel quia rector cõtraxit inimicitias cum parochianis, & aliæ similes.

CAP.

CAP. XII.

An posit fieri separatio reddituum in Ecclesia iuris patronatus, & praestimonia erigi, sine Regis consensu.

NOTABILIA ex cap. sequent.

1 *Quando nullum fit praeiudicium Patrono, valet dispositio Summi Pontificis & Episcopi super iure patronatus.*

2 *Rector Ecclesiae patronatae, potest sibi eligere quos voluerit ad seruiendum.*

3 *Episcopus potest per visitationem iubere, vt in Ecclesia iuris patronatus regij, singulis diebus feriatis in honorem sanctorũ, & festis Virginis MARIAE, Missae dicantur, per rectorẽ, & si rector contendat ad id non teneri ex institutione Ecclesiae.*

4 *Episcopus, quando eminet necessitas euidẽs Ecclesiae, potest absquê consensu Patroni de illa disponere.*

5 *Nihil potest fieri in praeiudicium Ecclesiae patronatae, per quod immutetur primaeua illius institutio.*

6 *Patronatus regij, habent se ad instar aliorum bonorum, regiae coronae.*

7 *Emphyteuta bonorum regiae coronae, potest pro tẽpore quo durat emphyteusis, subemphyteuticare, quod in alijs bonis prohibitum est.*

8 *Officium patroni est, Ecclesiam Patronatam defendere, vt maneat in primaeua institutione.*

9 *Sũmi Pontifices non solent patronatibus regiis praeiudicium irrogare, inscio Rege.*

10 *Donatarij bonorum regiae coronae, vsu fructuarij sunt.*

11 *Donatarius qui literas vnionis, aut aliarũ separationum, impetrauit, sine licentia Regis, si lis cum eo conteste-*

contestetur, & si postea moriatur amittit donationem, quod procedit etsi bulla annulletur: quid si contestata non fuerit, num. 13.

12 *Rex qui in vita non petiit vt declararetur incursio amissionis, à donatario, videtur remisisse, nec successor id petere potest.*

14 *Consensus superueniens impetrationem inualidam reddit, & quomodo, n. 15.*

16 *Consensus tacitus nihil operatur contra Regem.*

17 *Negligentia officialium Regis, non nocet Regi.*

HAnc quæstioné meo tempore vidi de facto, in tribus casibus: primus fuit, quòd in quibusdam Ecclesiis regij patronatus, absque Regis consensu, & illo inscio, præstimonia erecta fuerunt, cũ separatione duarum partium redditũum Ecclesiæ, per Summum Pontificem expeditis Bullis, ad petitionem donatarij prædictorum patronatuum regalium, & vt ipse donatarius, successoresq; præsentarent ad prædicta præstimonia beneficiarios, vt præsentabant rectores in prædictis Ecclesiis.

Secũdus fuit, quòd fuerunt in aliis patronatibus alterius donatarij, ad illius petitionem per Summum Pontificem, absque Regis consensu, & illo inscio, separati Ecclesiarũm redditus, & vniti hospitali cuidam, commissa administratione illius, & redditũum, donatario, & eius successoribus.

3 Tertius fuit, quòd fuerunt redditus nonnullarum Ecclesiarum regij patronatus, vniti in perpetuum cuidam capellæ, per Summum Pontificem, vbi erant sepulturæ illius donatarij, & ascendentium, idq; ad illius petitionem, sine consensu Regis, & illo inscio, & vt prædicta capella, & redditus admini-

nistra-

nistrarentur per donatarium prædictum, & sucessores.

De duobus dubitatum fuit, primó, an valeret separatio redditûum, & erectio præstimoniorum, sine consensu Regis, & illo inscio, & vnio illa facta hospitali, & capellæ?

Secundo, an donatarij qui impetrarũt prędictas Bullas, seu eius hæredes, patronatum donatione à Rege factam, amitterent, ex huiusmodi impetrationibus?

Et quó ad primum videbatur quód possit fieri illa separatio, & erectio præstimoniorum, & vnio á Summo Pontifice sine Regis consensu, & illo inscio.

1 Nam quandó nullũ fit præiudicium patrono, valet dispositio Summi Pótificis, & Episcopi super iure patronat. Abb. in cap. Suggestum. de iur. patron. Roch. d. verb. Honorificum, n. 8. ad fin. Gig. de pésion. q. 23. n. 11. Ex quo fit quód rector Ecclesiæ patronatæ, potest sibi eligere quos voluerit, ad seruiédum Ecclesiæ, & illi mini-
2 strandum, sine cósensu patroni, ea. Postulasti. de iure patr. vbi Doctores notant, Federic. de Sen. consil. 95. Roch. vbi sup. n. 9. & sequent. Gig. vbi suprá n. 10.

3 Et sic in facto vidimus iudicatum, posse Episcopum per visitationem iubere in Ecclesia quadam regij patronatus, vt singulis diebus feriatis in honorem sanctorum, ex cóstitutione Ecclesiæ, seu Episcopi, Missæ dicerentur per rectorem parochianum, qui rector contendebat ex priori institutione illius Ecclesiæ patronatæ, ad id non teneri, nisi diebus Dominicis sacrosanctæ Dei genitricis Virginis MARIÆ, cùm enim ex hoc nullum præiudicium notabile insurgeret patrono, iudicatum

tum fuit posse fieri, Rege non requisito, per auditorem Apostolicum super Ecclesia do Seixo, anno 1592. Episcopatus Aegitanensis.

4 Faciunt & pro hac parte notata per Doctores in cap. Cùm accessissent. de constitution. in quo textu notatur, quòd quando eminet necessitas cui dens Ecclesiæ, potest Episcopus absquè consensu patroni, disponere de Ecclesia patronata; & ibi tradunt Abbas, & Felinus, & est glossa in capit. 1. 10. distinctione. Rochus vbi supra, n. 20.

5 In contrarium tamen facit, quod suprà diximus, nempè, non posse quicquam fieri in præiudicium Ecclesiæ patronatæ, per quod immutetur Ecclesia, & primæua illius natura, sine consensu patroni, Calderin. post Hostiens. in dicto capit. Cùm accessissent. vbi Abbas, Immol. & scribentes. Rochus vbi suprà.

6 Facit item pro hac parte, quia patronatus regij sunt, & habent se ad instar aliorum bonorum regiæ coronæ, bona autem regiæ coronæ, diuidi non possunt, absquè Regis consensu. Ordin. lib. 2. titul. 17. §. 3. & §. 16. & aliis.

7 Quòd si dicatur, hoc locum non habere, quãdo diuisio fit in perpetuum, attamen posse pro tempore, quo durat donatio valere separationem & diuisionem; Respondemus, quòd licèt in emphyteusi id disponat Ord. posse fieri quando emphyteuticantur bona regiæ coronæ per donatarium, ex prædicta Ordinat. §. 23. id tamé est in illo casu: In aliis verò ex ipsa alienatione, & diuisione, statim alienatio, & diuisio nulla est, & pro tali declarari potest per sententiam, ad petitionem regij procuratoris.

Non

Non obstant allegata in contrarium, nam illa procedunt in ijs, quæ cõcernunt personam rectoris, & curam animarum, & parrochianorum vtilitatem, circa spiritualia, & cùm nullum preiudicium notabile insurgit circa hæc patronatui regio. At in nostro casu, notabile fit patronatui regio damnum, ex separatione fructuum, & asignatione beneficiorum; Cúm patroni officium sit Ecclesiã patronatam deffendere, vt maneat in primæua institutione, quoad ipse consentiat, iuxta notata per Innocentium, & alios in ca pit. Nobis de iur. patron. Gig. dicta quæstione 23. num. 1.

9 Vlterius cùm regius sit patronatus, non solent Sũmi Pontifices, illi præiudicium irrogare, inscio Rege, vt suprà diximus: & in specie quando separantur redditus beneficij in titulum, requiri consensum patroni, tenet Gigas vbi suprà, n. 12. & 13.

10 Deinde, cum donatarij bonorum coronæ vsufructuarij sint, ita fieri debet, vt substantia rei non mutetur, l. Prima, ff. de vsufructu. principium Institut. eodem tit. ibi (salua rerum substantia) & sic tenendũ est, & secundûm hoc decretum fuit á Rege, dùm procuratoris regij officium agerem, vt lites his donatariis, propter has impetrationes mouerem, vt feci, & lata fuit sententia contra illum donatarium, cuius pater impetrauit Bullam vnionis, Ecclesiarum factæ prædicto hospitali, non tamen amisit patronatus, vt infrà dicemus: sic & similitér lata fuit sententia contra impetrationem prestimoniorum, mense Augusti, anni 1602 absqué amisione patronatuum, Scriba Augustino Rebello.

11 Ad secundum dubium, an amittant donationes

patro-

patronatuum, dicendum est, quòd si lis mouetur illi donatario, qui Bullas impetrauit, absque dubio amittit donationem, Ordinatio lib. 2. titul. 17. §. 16. & sequentibus, etiã si Bulla annulletur, & effectum non habeat, idque ex eo, quia hoc casu, solùm factum consideratur: & sic ex actu etiam nullo incurritur pœna, Bar in l. Quid ergo, §. Cùm autem factum, ff. de his qui notãt. infamia, & in l. Ea quidem C. Si mancipium ita fuerit alienatum, Felinus in cap. Ex tenore, num. 9. de rescriptis, Ludouicus Molin. de primogeniis Hispani, lib. 2. cap. 16 num. 17 quos vide.

12 Si verò hæredibus lis mouetur, non contestata cum illo, qui impetrauit Bullam, non amittit patronatus, l. Vnica, C. Ne delict. defunctor. cum aliis.

13 Quod si Rex in vita sua non petiit, vt declararetur incursio amissionis donationis à donatario, an Rex successor id facere possit? Dicendum, quòd non; cùm videatur remisisse: Smilitér, ac in emphyteuta tenent Doctores in l. 1. C. Iur. emphyteut. & in cap Potuit. de locato: & quanuis per restitutioné possit procurator regius contẽdere audiendũ esse, cùm tamen pœna sit, & impetratio hæc delictum contineat, forté locus nõ erit restitutioni, l. Auxilium, §. in delictis, ff. Minoribus. Aget tamen semper procurator regius in iudicio ecclesiastico, ad inualidationem, & subreptionem Bullæ, quæ ex non petito consensu, nulla, & subreptitia est, absquè dubio.

14 Poterit tamen Rex cõsensum præstare, & sic subsequutus, impetrationem validam redet, facit in argumentum, cap. Cura pastoralis. de iure patronatus, cap. 2. de desponsa-

D tione

tione impuber. & est bonus text. in l. Si autem, 2. respono, ff. Aqua pluuia arcenda, & ibi glossa. l. per fundum, ff. Seruit. rusticorum. prędior. Dynus in regul. Non firmatur, de regulis iur. in 6. Decius, in l. Quod ab initio, ff. eod. titulo.

Dummodo per hunc consensum, præiudicium nullũ fiat rectoribus, qui contendant illam separationem, seu vnionem fieri non posse, nequè enim potest illis Rex præiudicare in iure suo, nec id intendit, l. 2 §, Meritó, ff. Ne quid in loco publico.

15 Aduertendum tamẽ est, quòd talis cõfirmatio ex superueniente cõsensu, facit actum valere, prout ex nunc, non verò pro vt ex tunc, & sic valere incipiet ex tempore pręstiti consensus, Abb. per tex. ibi, in cap. 3. de ijs, quæ fiunt á Prælatis sine cõsensu cap. Dec. vbi suprá, n. 12. facit glossa, verb. Posteriore. in l. Si autem, ff. Aqua pluuia arcenda.

16 Consensus autem tacitus Regis, nihil operatur, contra Regem, nisi probetur, quòd sciuit verè, & tacuit, & consensit per aliquos actus declaratiuos suæ voluntatis, argum. l. 1. C. Si maior factus, dict. cap. 2. Dynus vbi suprà, Roman. consil. 52. Sycul. consil. 70. lib. 3.

Quod si in hoc aliqua negligentia detur officialium Regis, ex qua prætẽdatur consensus tacitus, non nocebit Regi, vt tradit Aimon, in simili de antiquitate temp fol. 140. n. 14. Lusitanus Gasp. Vaz in repet. l. Imperium, n. 130. ff. de iurisd. omnium iudicum.

CAP. XIII.

An pensio posſit constitui in Ecclesia regij patronatus, absquè Regis consensu.

Notabi-

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Pensio reseruari potest, sup. fructibus beneficij iuris patronatus laici, etiam sine licentia patroni, quod intellige vt num. 5.*

2 *Patroni præcipuum interesse versatur circa ius præsentandi.*

3 *Pensio temporalis est, & nõ durat vltra vitam pensionarij.*

4 *Patronus, quando pensio imposita super fructibus suæ Ecclesiæ, est illi nimis onerosa, potest petere eam reuocari, vel saltem reduci ad debitam quantitatem.*

6 *In regiis patronatibus nullo modo pensio reseruari potest super beneficiis de patronatu regiæ coronæ, sine consensu Regis, quod etiam in Hispania, & Francia procedit.*

1 Hanc quæstionem in patronatibus priuatarum personarũ, mouet Gigas in suo tractat. de pẽsion. quæst. 23. vbi concludit, quòd pensio reseruari possit super fructibus beneficij, etiam quod est de iure patronatus laicorum, sine consensu patroni; ex eo, quia ex reseruatione prædictæ pensionis, non fit præiudicium patrono in suo iure patronatu, sed tantúm rectori Ecclesiæ patronatæ, cui fructus diminuuntur, ita Gigas, d. q. 23. n. 9.

2 Patroni autem præcipuum interesse versatur circa ius præsentandi, in quo per pensionis reseruationem ei non fit præiudicium. Præcipué cùm pensio temporalis sit, & non duret vltra vitam pensionarij, vt tradit idem Gigas eodem tractatu, quæstion. 12.

3 Addit tamen. num. 12. quód si pensio imposita super fructibus patronatæ Ecclesiæ, nimis sit illi onerosa, possit patronus

petere eam reuocari, vel saltèm reduci ad debitam quantitatem, iuxta tradita per Doctores in capit. Vnico, vt Ecclesiastica beneficia sine diminut. conferantur.

5 Deinde n. 13. hoc limitat, nisi extraheretur de beneficio patronato portio certa redditIum, & assignaretur alicui clerico in titulum beneficij, vt de cætero esset ecclesiasticũ beneficium, tunc enim cõsensus requiritur patroni, etiã si dictũ beneficiũ pensio, seu portio, diceretur. Est tamen facienda mentio de iure patronatus laicorum, in reseruatione pensionis, vt tradit Gigas quæstion. 25. num. 4.

6 Hæc tamen omnia procedunt in patronatibus priuatarum personarum. In regiis verò patronatibus, pensio nullo modo reseruari potest, super beneficiis patronatus regiæ coronæ, sine consensu Regis, & ita obseruatur in regno Lusitaniæ, & in Hispania, vt per Couar. practicar. cap. 36. num. 10. & ita tenendum est absquè dubio, & in regno Franciæ, vt per Rebuf. ab illo allegatum.

CAP XIIII.

An Rex possit promittere præsentationem Ecclesiæ sui patronatus, quæ nondùm vacauit.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Patronus non potest alicui præsentationem promittere, de beneficio vacaturo.*

2 *Consuetudine regni introductum fuit, vt Reges nostri promittere, & præsentare possint aliquem, in Eccle-*

in Ecclesia sui patronatus in genere, ob merita, & seruitia.

3 *Aluara de lembrança, per quæ verba concipiatur, & illius forma.*

4 *Intellectus ad cap. fin. de cõcessione præbend.*

5 *Quando generalitèr possit procuratori, committi potestas præsentandi ad beneficium vacaturum in genere.*

1 HAnc quæstionē pro parte negatiua, quòd nó possit patronus promittere præsentationem alicui de beneficio vacaturo, probat text. in cap. vltim. de concessione prębend. qui text. loquitur in patronatibus commitisſę Flādriæ, vt nec collator potest promittere beneficium vacaturum. Abb. dict. cap. vlt. num. 6. quod multis comprobat Rol. à Valle consil. 47. n. 53. Mozius de cótractibus in tit. de donat. 2. col. n. 13.

2 Hoc tamen de consuetudine regni non seruatur, & passim Reges nostri consueuerunt, & solent promittere, præsentare aliquem in Ecclesia sui patronatus, in genere, ob merita, & seruitia, & de hac promissione prouisio regia fit, quæ apud nos vocatur (*aluara de lẽbrança*) per hæc verba.

3 *Eu el Rei faço saber, a os que este aluara virem, que por fazer merçe a, N. auendo respeito a os seruiços que me tem feitos, ey por bẽ & me praz, de o prouer em hũa Igreja do meu padroado quando vagar, & pera sua guarda lhe mandei passar este aluara, que quero q̃ valha, & se cumpra, posto que o effeito dele, aia de durar mais de hum anno, &c.*

4 Nec obstat text. in d. cap. fin. de cócession. præbend. Nam respondetur, illum text. procedere de iure communi: nos autem loquimur attenta consuetudine

Alfonsi V. quid in aliis vide, ibidem.

5 *Magister tanquám quilibet alius Prælatus censetur.*

6 *Prælatus inferior á Papa nõ potest promittere spectatiuas ad beneficia vacatura, siue generaliter, siue specialiter concessas siue de præsenti, siue de futuro.*

7 *Commendæ sunt militiæ, & præceptoriæ ecclesiasticæ, & annexæ beneficiis spiritualibus.*

8 *Commendæ sunt veluti partes beneficiorum, & sequuntur naturã eorum.*

9 *Res ecclesiastica non potest, nec debet duplici iure cẽseri.*

10 *Omnia iura loquentia in beneficiis, habent locum in militiis & præceptoriis ecclesiasticis.*

11 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

12 *Dispositum in cõmenda spirituali, habet locum in commenda temporali.*

13 *Iura loquentia in beneficiis quód non possunt promitti, locum habent in commendis ordinum militarium.*

14 *Promissio beneficij simoniã continet, quid in commenda, vide n. 15.*

16 *Fratres Hierosolimitani nõ veniunt appellatione religiosorum.*

17 *Commendæ Ordinum, sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, sunt præceptoriæ, & non beneficia.*

18 *Fratres Hierosolimitani sũt meré laici, quamuis largo modo dicantur religiosi.*

19 *Laici sunt incapaces tituli ecclesiastici in beneficiis, quia in illos solùm cadit nudum ministerium temporale.*

20 *Etiam si beneficium ecclesiasticũ sit spirituale, perceptio tamen beneficij est quid temporale.*

21 *Aluara de lembrança pera Comenda, quibus verbis concipiatur.*

22 *Aluara de merçe de Comẽda quæ sit forma.*

PRæcedenti quæstioni proxima videtur illa, quam mihi visum fuit huic libello annectere, circa prouisiones de commẽdis vacaturis, per magistrum Ordinum militarium factas.

1 Et sciendum est, in nostro regno Lusitaniæ, tres esse militarium Ordinum religiones: vna Ordinis IESV Christi, fundata tẽpore Regis Dyonisij, & Summi Pontificis Ioannis XXII. conuẽtum Ordinis est, in oppido de Tomar, & priùs fuit in oppido, de Castro Marim.

2 Alia veró diui Iacobi, quæ in Regno Castellæ, initium habuit, & multo tempore fuit gubernata per eundem magistrũ Ordinis Castellæ, vsquè ad tẽpus Regis Dyonisij, in quo, per Bullas Apostolicas separata fuit à magistro Ordinis regni Castellæ, & magistrum habuit in regno Lusitaniæ, non recognoscẽtem magistrũ Castellæ: conuentum Ordinis est in oppido de Palmella, & priùs fuit in oppido de Alcasare do sal.

3 Alia est, Ordinis de Auis, quę priùs fundata fuit in ciuitate Eborensi, tempore Alfonsi I. Regis Lusitaniæ, & posteà trãslatũ fuit conuentum ad oppidum de Auis, vnde denominatur. Hic Ordo, & altèr IESV Christi, sancti Benedicti regulam profitentur; Ordo verò diui Iacobi regulam sancti Augustini profitetur.

4 Ordo IESV Christi per Reges Lusitaniæ administratus fuit, à tẽpore Alfonsi V. Ordo verò diui Iacobi, & Auis, gubernatus & administratus fuit per eosdem Reges, post obitum domini Georgij filij Ioannis Regis II. qui fuit, anno 1550. & anteà tempore Alfonsi Quinti Regis Lusitaniæ, Princeps (qui posteá fuit Rex Ioannes Secundus eius filius) aliquo tempore Or-

nem

nem diui Iacobi gubernauit,& administrauit.

5 Ad quęstionem igitur, & quòd magister nó possit promittere commendas vacaturas,facit; nam magister Ordinis táquam quilibet alius Prælatus cé-setur, Nauar.in Apolog. de redditibus quæst.1.mo-

6 nitu,56.num.8. Prælatus autem inferior á Papa nó potest promittere spectatiuas ad beneficia vacatura, siue generalitèr, siue specialitér concessas, siue de præsenti, siue de futuro, & quocunque modo huiusmodi spectatiuæ fiant, nullæ sunt, capit.2. de concess. præben. in 6.cap.2.de præben. eodem lib. Concilium Lateranense rellatum in capit.2. de concession.pręhendæ, ergo nec commendas.

7 Nec obstabit si quis dicat, quòd commendæ non sunt beneficia ecclesiastica, & iura allegata loquuntur in beneficiis ecclesiasticis vt patet; respondetur namqué, quòd hæ commendę sunt militiæ & præceptoriæ ecclesiasticæ, & annexę beneficiis spiritualibus, & ob id censentur beneficia ecclesiastica, vt in specie loquens in commendis tenet Barbatia in capit. In nostra, num. 8. de rescriptis, Rebufus in cócordat. titulo de pacificis possessor. pagin. 307. num. 36. Nauar. vbi suprà monitu 56. pagin. 250. Molin. de primogeniis, lib. 2. capit. 9. numer. 69. Vaz cosult. 131. num. 3.

8 Sunt enim hæ commendæ veluti partes beneficiorum,& simúl mixtæ, & vnitæ sunt, & sequuntur naturam eorum, & res ecclesiastica non

9 debet duplici iure censeri, capit. Cognôuimus. 12. quæstion. 2. & capit. In tua. de decimis: & omnia iura loquentia in beneficiis locum habent

in his militiis, & præ-
10 ceptoriis ecclesiasticis, ita Abbas in capit. Cum in iure. de electione, refert Palat. in repetitione rubricæ, de donationibus: & probat textus iuncta rubrica, ibi, in capit. vnico, vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Maximè quia sunt, vt diximus, spiritualitati annexa, & sequuntur eius naturam, caput, Quito. de iudiciis, & ideò, vendi non possunt: hoc idem probat regula Cancellariç 3. in ordine, vbi reseruando dignitates, & beneficia, prioratus, & præceptorias, addit hæc verba (sed non militarium) exceptuando commendas, ergo si eas non
11 exceptuasset, comprehenderentur, quia exceptio firmat regulam in contrarium, l. Nam quod liquidè, ff. Penu legata. & expressè Immol. in l. Hæreditas per illum textum,
12 ff. de hæredib. Instituend. ait, quòd dispositum in commenda spirituali, habet locum in commenda temporali, Gomet. in regula de triennali possessore fol. 687. colum. 1.
13 & ita iura loquentia in beneficiis, quòd non possunt promitti, locum habere in commendis Ordinum militarium.

14 Et quamuis hæ promissiones plerunque fiant ob seruitia, non tamen possunt fieri, quia talis promissio simoniam continet, glossa communitèr approbata, in capit. Cùm essent. de simonia, regula vltim. de regul. iuris, in antiquis Adrianus in quolib. 15. fol. 40. sub litera M.

15 Pro parte contraria facit, quòd hæ commendæ militiarum, & ordinum militarium, sunt res prophanæ, nihil commune habentes cum spiritualibus, & non sunt beneficia ecclesiastica, Molina

na de primogeniis lib. 2. capit. 9. & ob id non cõprehendũtur in prohitione illa de expectatiuis, de quibus in dicto capite secundo, de præbend. in 6.

16 Pro quo facit text. in cap. Canonica. de sententia excommunicationis, vbi loquens in fratribus Hierosolimitanis, quos omnes cõcedunt, magis religiosos esse, quàm alios, aliorum Ordinum militarium, innuit textus, quòd non veniebant appellatione religiosorum, sed necessum fuit, id per extensionem illis tribuere, ibi (ad vos huiusmodi statutum duximus extendendum) & si ipsi veré religiosi essent, non foret necessaria extensio.

Item facit textus in capite primo, de verborum significatione in 6. qui loquitur in comendatariis Ordinis Sancti Iacobi in Hispania, vt declarant Doctores, & non appellat illos beneficiatos, sed fratres, & Ecclesias, quas faciebant, inquit, quòd illas dent clericis Ordinis sui gubernandas, Tridentino sessione decimaquarta de regularibus, capite decimo, facit textus in capite, Cùm singula, §. Prohibemus. de præbendis, in 6. Clementina prima de suplen. negligentia Prælatorum, & Doctores ibi dicunt, quod sunt meré laici,

Item facit textus in capit. Cum deputati. de iudiciis, vbi dicit, quòd perceptores fratrum Hierosolimitanorum, non admittebantur á iudicibus ecclesiasticis, vel secularibus, tãquám generatio nõ nota, quòd non facerét si ipsi fuissent beneficiati ecclesiastici, & sic Sum. Pót. illos audire non iubet, tãquám beneficiatos, imô Doctores ibi illos institores vocant, & non bneficiatos.

It regu-

Et regula Cancellariæ allegata, vocat cómendas prçceptorias militiarum, quasi illæ sint magis prophanæ, quàm aliæ, & glos. ibi ponit exemplum in cómendis Ordinũ sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, Salon. consil. 17. per
17 totũ; vnde colligitur quod commendæ dictorum Ordinum, sunt præceptoriæ & non beneficia: & tex. in Clement. 2. §. Permissa. de religios. domibus, ponit tanquàm diuersa militias istas, & Ordines religiosorum, & glosa ibi, ponit exemplum in militibus S. Ioan. & similibus.
18 Item Abb. in rubric. de de regularibus dicit, quod hi fratres Hierosolimitani sunt meré laici, & etiã si dicantur religiosi., hoc est, largo modo, & Ioan. Andr. in d. cap. Canonica inquit, quòd magister Rhodiensis, est laicus, & nó ecclesiasticus: tradit Molin. de primogen lib. 1. capit. 13. num. 38. Vnde si hi sunt merè laici, commendæ illis deputatæ, nó possunt esse beneficia ecclesiastica, & sic non comprehédit illas, prohibitio expectatiuarum.

Patet hoc etiã, quia ordines militares in cómuni Ecclesias, & beneficia habent, quæ per clericos sui ordinis reguntur, vt patet, & temporalia separãt, é quibus præceptoriæ eriguntur, quæ dantur commendatariis, & Abb. in cap, Quanuis, num. 3. de decimis. dicit, quod beneficia sunt Ordinis in communi, & idé probat tex. in cap. 1. de verborum significat. in 6.
19 Item laici, sunt incapaces tituli ecclesiastici in beneficiis, cap. 2. de ætate, & qualitate, & solùm in laicum cadit nudum ministerium téporale, veluti, administratoris temporalis, vel vniuersalis, vt concludit Abb. in capit, Decernimus. de iudiciis, vbi Dec. n. 9. & hæc ad

ministra-

ministratio, non est beneficium ecclesiasticum,

20 Item facit glossa in capit. Is cui. de sententia excommunicat. lib. 6. quæ inquit, quod etiam si beneficium ecclesiasticũ sit spirituale, perceptio beneficij est quid temporale: facit etiam glossa in capit. Cùm, M. ferrariensis, in verbo, Perceperunt. de constitut. & ibi scribentes, & in cap. Dilecto. de præbend. vbi hoc communitèr per scribẽtes cõcluditur; & sic non videtur in illis includi, prohibitio expectatiuarũ, de quil in cap. de concessione præbend. in 6. & aliis.

Tenor prouisionis est, sequens.

21 *Eu el Rei como gouernador, & perpetuo administrador da ordem de Christo, faço saber aos que este meu aluara virem, que auendo respeito aos muitos seruiços, que N. me tem feitos,* 22 *& aos que adiante espero que me faça, & por folgar de lhe fazer merçe, & por bem, & me praz de lhe fazer merçe da primeira Comenda que vagar, da Ordem de Christo, que renda pera elle trezentos mil reis, pouco mais ou menos: & pera sua guarda, & minha lembrança lhe mãdei dar este meu aluara, o qual quero que valha, & tenha força & vigor, como se fosse carta per mim asinada & sellada de meu sello, & passada por minha Chancelaria sem embargo da Ordenaçam do liuro 2. titulo 20. que defende que nam valha aluara, cujo effecto aia de durar mais de hum anno, & de todas as clausulas dela, & posto que este nam seia passado pella Chancelaria sem embargo da Ordenaçam em contrario, &c.*

De Comenda verò certa tenor est iste.

Eu el Rei faço saber a quantos

quantos este meu aluara virem, que auendo respeito a os seruiços q me tem feitos N. & por folgar de lhe fazer merce, ei por bem, & me praz de por seu fallecimento fazer merce ao seu filho mais velho, que por seu fallecimento ficar, da Comenda de tal parte, que ora tem o dito N, & pera sua guarda, & minha lembrança, lhe mandei passar este aluara, que se guardará inteiramẽte, como se nelle contem, posto que não seia passado pela Châcelaria, & que o feito dele aia de durar mais de hum anno, N. o fes em Lixboa, &c.

Et super materia expectatiuarum de commendis vacaturis, est motus proprius Pij V. Pontificis maximi, anni 1568. & anni 1570. decima octaua die Ianuarij, quem vide.

CAP XVI.

Quando Rex vt magister Ordinum militarium, promittit commendam certi valoris, additis his verbis, plús, aut minus, an satisfaciat dando aliquid minus, vel teneatur dare, si plús aliquid valet.

NOTABILIA *ex cap. sequenti.*

1 *Clausula, pouco mais, ou menos, adiecta donationi, seu alicui dispositioni (dummodo non sit in dictis testium) maximum operatur effectum, & intelligitur de quarta plus illius valoris, seu quantitatis, quæ declarata fuit.*

2 *In commendis non potest dari valor certus, vt statim verificari possit promissio*

missio, quod si detur adimplenda est.

3 *Magister de rigore iustitiæ, non potest obligari in plus quam valet, iuxta promissionem factam.*

4 *Ille, cui promissio de commenda facta est, non potest de rigore obligari per magistrum, vt acceptet aliam minoris valoris, etiam in modica quantitate.*

5 *Quæ dicatur competens commenda, quando promittitur prouideri de commenda competenti, iudicis arbitrio relinquitur.*

SAEpé solet hæc clausula adijci in prouisionibus de promissionibus commendarum (*que renda pera elle trezentos mil reis, pouquo mais, ou menos*) dubitatur, si commenda valet, *trezentos & vinte, aut dozentos & oitenta*, possit Rex dare hanc, quæ valet minùs viginti millia regalium, & satisfaciat, aut possit obligari per illum, cui facta est promissio de cómenda, vt det alteram valoris de. 320?

1 Et de iure certum est, quòd clausula illa (*pouquo mais, ou menos*) adiecta donationi, seu alicui dispositioni (dummodo non sit in dictis testium) maximum operatur effectum, intelligitur namquè, de quarta parte plus, illius valoris, seu quantitatis, quæ declarata fuit, l. Si quis in suo. in principio, & ibi Bartol. C. de inofficioso testament. & communitér tenetur per Doctores, quòd hoc relinquitur arbitrio iudicis, qui qualitatem personarum, & causarum considerabit, glossa adiuncta text. in l. Hæc adiectio pluris, nè nó infinitam pecuniam cótinet, sed modicam, ff. Verbor. significat. vbi Alciat. Bal. in dicta l. Si quis in suo. in principio & allegat. l.

Cùm

cúm filius. §. Pater, ff. de legat. 2. idem tenet glossa in l. Et si post tres, ff. Si quis cautionibus, quam sequitur Bart. & alij, vt per Iason. ibi num. 8. Rebufus de nominatione, quæst. 11. in fine, Menochius de arbitrar. iudicum causis, fol. 88. casu 47. libro 2.

2 Cùm hoc ita sit, dicendum est, quód nunquam potest in cómẽdis dari valor certus, vt statim possit verificari promissio: quod si detur adimplenda est; si verò non detur, in potestate est magistri, dare illá, quæ plus aliquid valet, attentá qualitate personæ, & mentis: at non potest de rigore iustitiæ, magi-

3 ster obligari in plusquám valet, iuxta promissioné factám, quam ipsa pars acceptauit in illo valore taxato, vt est textus in cap. Quanuis o 1. de præbend. in 6. cap. Cui. de non facer dotali, eodem titulo, traditur latè in cap. Ad aures. de præscriptionibus.

4 Eteodem modo, ille cui promissio de cómendá facta est, nó potest etiam de rigore obligari per magistrum, vt acceptet aliquá minoris valoris, in modica quantitate, nisi ipse velit, argumento, l. Si oleum §. Meritò, ff. De dolo: gloss sa, in l. Hactenus, ff. de vsu fruct.

5 Quæ autem dicatur có petens cómenda, quando promittitur prouideri de cómenda competenti? dic quod attenditur qualitas personæ, Felin. in cap. Postulasti. de rescript. & statur arbitrio superioris. Anton. de Butr. in cap. Cùm dilectus, col. 2. de iure patronat. quem adducit Felinus, vbi suprà.

CAP. XVII.

An Rex promittẽdo Ecclesiam sui patronatus in genere, alicui; possit, cum Ecclesia aliqua

qua vacat, ad illam alteram præsẽtare, relicto eo cui promissio facta fuit, & an sit idem in commenda.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *SI in secũda prouisione qua Rex officium quod vacauit dat, statim adijcit, vt illa prouisio impleatur, & nulla alia, secũda prouisio debet valere nõobstante alia priori facta.*

2 *Rex in iure quærendo potest præiudicare.*

3 *Quamuis Rex concedat expectatiuam ad beneficiũ sui iuris patronatus, seu commendam, semper illi remanet potestas dandi cui voluerit.*

4 *Quando gratiæ per Summum Pontificem factæ sunt, alia gratia facta cũ clausula (anteferri) debet prævalere, & aliæ effectum sortientur suo tempore.*

5 *Quando aliqua expectatiua datur de certa commẽda in specie, seu officio certo adimpleri debet.*

6 *Iuri quæsito parti, Rex non intendit, nec potest præiudicare, iure ordinario.*

1 IN officiis secularibus, solet hoc multotiés cõtrouerti, & ego vidi variè iudicatum, quòd possit Rex, & quòd non possit. Attamé dicendũ est, quòd si in secunda prouisione, qua Rex officium quod vacauit dat, statim adijcit quòd illa prouisio adimpleatur, & nulla alia, tunc certum est de iure, & sæpè iudicatum, quód secunda valere debet. Ita iudicatum fuit in tribunali mésæ conscientiæ super officio manuposterij de Santarem, & ego fui vnus ex iudicibus, anno 1591.

2 Ratio est, quia Rex in iure quærendo præiudicare potest: tradit latè Ant. Gabriel. lib. 3. tit. de iur. quęsito non tolendo, limit. 12 n. 31.

num.31.qui alios citat, & ante eum Angel.cós. 264. Rebuf.in regul. Cancellariæ,p.461.

3 Sic similitèr dicédũ est in beneficio iuris patr. & cõ menda:quanuis enim Rex expectatiuam illam concedat,& promittat, semper illi remanet potestas dandi,cui voluerit,nec enim manus sibi ligat, cap. Dudùm.de præbend.in 6. & ita tenet glossa in cap. Quamuis.in 2. eodem tit.

4 Nam eodem modo,quã do gratiæ per Summum Pontificem factæ sunt,potest dare aliam cum clausula anteferri,& nihilominús ista valebit, & aliæ etiam validæ erunt,&habebunt effectum suo tẽpore, vt perDoctores in cap.penult.de præb.in 6.&in capit. Capitulum.de rescrip. vbi Felin.latè fallent.3. facit & regul. vltim. Cancellariæ.

5 Quando verò expectatiua,est de commenda certa in specie,seu officio certo,omninò adimpleri debet,quia quæsitum est ius parti, cui Rex non intendit preiudicare,nec potest de iure ordinario, l. 2. §. Meritò,ff. Ne quid in loco publico,l. Impuberi,ff. de administration. tutor. facit l.1.ff. Pact.capit.1.eodem titulo.

CAP XVIII.

An in Commendis factis de Ecclesiis patronatuum Regis, Rex præsentet vicarios.

NOTABILIA cap. sequenti.

1 *As sinquoēta Igrejas do padroado,quæ sint,& in qua diœcesi sint sitæ.*

2 *Ad Regem pertinet præsentare vicarios, in vicariis dictarum Ecclesiarum.*

3 *Comenda non est beneficium.*

Vica-

4 *Vicaria beneficium est.*
5 *Rex qui aliàs habebat ius patronatus in Ecclesia, quæ facta est commenda, ius patronatus retinet.*
6 *Procuratores regij nimium inuigilare debent ne Episcopi in vicariis Patronatus regij, collent vicarios, quod plerunque contigit negligentia officialiũ Regis, quæ negligentia Regi non nocet.*

1 LEo Decimus Sũmus Pontifex concessit Emanueli Regi, in commendas pro militibus Ordinis IESV Christi, quinquaginta Ecclesias, quæ erant de patronatu regio, quæ vocantur (*as sinquoenta Commendas do padroado*) & hoc in diuersis Episcopatibus. Sunt autem sequentes.

Arcebispado de Braga.

S. Maria de Vimioso com suas annexas.

ſ. Maria de torre de Moncoruo.
ſ. Saluador dansiaés.
ſ. Ioam Dansiaés.
ſ. Maria de Mirandella.
ſ. Martinho de Bernes.
ſ. Maria de Miranda.
ſ. Ioam da Castanheira
ſ. Maria dairaẽs.
ſ. Saluador da enfesta, cõ suas annexas

61 *Arcebispado de Lixboa.*

ſ. Maria da Vallada.
ſ. Maria dazambuya.
ſ. Maria de Pouos.
ſ. Maria de Sintra
ſ. Maria de Torres vedras
ſ. Pedro de Torres vedras.
ſ. Nicolao de Lixboa

Bispado de Coimbra.

S. Giam
ſ. Gens de Arganil.
ſ. Maria de Cea de Coimbra.
ſ. Ginoso de Arganil.

S. Pedro de Val lengo
ſ. Maria de Meſquintella

Biſpado da Guarda.

S. Maria de Sorteiha.
ſ. Maria de Caſtelo da vide.
ſ. Maria de villa de Rei
ſ. Pedro de Aldea de Ioãne
ſ. Pedro de Iormello
ſ. Maria de Manteigas.
ſ. Maria de Couilham
ſ. Domingos de Ianeiro.
ſ. Ioam de Alegrete

Biſpado de Lamego.

S. Maria deſpinheiro
ſ. Martinho daranharas
ſ. Pedro de Marialua
ſ. Martinho das Freixedas
ſ. Maria doeſſeuo.

Biſpado de Vizeu.

S. Maria de Catam
ſ. Tiago de Cacurraeés
ſ. Maria Dalgodres.
ſ. Giam de Zurara
ſ. Luzia de Trancozo.
ſ. Ioam do Trancozo
ſ. Miguel do Oyteiro.
ſ. Saluador de Caſtellaó de Beſteiros.
ſ. Tiago de Beſteiros
ſ. Marinha de Moreira
ſ. Maria de Frechas
ſ. Maria de Senhorim
ſ. Pedro de Lardoza.

Queſtionis ergo eſt, an præſentare in his Eccleſiis vicarios, ad Regem pertineat? & dicendũ eſt,
2 quód ſic, Nam cúm hæ Eccleſiæ eſſent de patronatu regio, antequàm effectæ eſſent cõmendæ, nó extinctum fuit beneficiũ, ſolũm natura prædicti beneficij alterata fuit, & titulus beneficij non manſit in ipſa commenda, ſed in vicaria perpetua.
3 Ex quo, cùm Summus Pontifex nó extinxit naturam beneficij, in quo erat ius patronatus Regis nec illud á Rege abſtulit, neceſſariò fatendum eſt, quod manſit, non in ipſa commenda, quæ non eſt beneficium; ergo in vicaria perpetua mãſit, quæ

eſt

est beneficium, iuxta ca-
4 pit. Qui plures, 31. quæstion. 1. cap. Nemo deinceps. de electione, libr. 6. vbi glossa, verb. Commendatæ, & Doctores. Facit. capit. Dudum, in 2. de electione, Gigas de pension. quæst. 23. Rebufus in praxi benefic. titul. de commend. num. 2. & numer. 49.

5 Et considerando hoc (inquit Rebufus vbi suprá titul. de vicariis perpetuis, num. 12.) quòd facta commenda, rector præsentabit in vicaria perpetua, ergo & Rex qui aliâs habebat ius patronatus in Ecclesia, quæ facta est cõmenda, ius patronatus retinebit.

6 Et ad hoc aduertere debent regij procuratores, aliqui namque Episcopi, in his vicariis collant vicarios, quod fortassis faciunt negligentia officialium Regis, quæ Regi nó nocet, ex superiùs resolutis.

CAP. XIX.

Ecclesiæ regij patronatus, quo ordine prouideantur.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Rex præsentare solet ad Ecclesias iuris patronatus, personas idoneas, habita priùs informatione á Capellano maiori, seu Decano Capellæ.*

2 *Forma das portarias das Igrejas, per quas regia prouisio fit.*

3 *Chartam in qua incorporatur prouisio Regis ad beneficium, hodiè signant senatores palatij.*

4 *Collatus á Rege tenetur mittere institutionem ordinarij, & instrumentum possessioni, ad conseruationem regij Patronatus.*

1 Solet Rex præsentare ad Ecclesias regij patronatus, per-

ſonas idoneas præuió examine, & informatione priûs habita á capellano maiori, ſeu illo deficiente, à Decano capellæ, & hi dant portarias, per quas fit prouiſio Regia, ſignata ſigno Regis, inhûc modum.

2 *Deſembargadores do paço amigos, auendo reſpeito a boa informação, que me foi dada, da vida, & coſtumes, & letras de, N. Sacerdote de Miſſa, & Bacharel formado en Canones pela Vniuerſidade de Coimbra, & por folgar de por eſtes, & outros reſpeitos que me moueram a lhe fazer merçe, ey por bem de o apreſentar na Abbadia da Igreja de N do Arçebiſpado de N. que he do meu padroado, & praſentação, inſolidum, & eſtâ ora vaga per fallecimento de, N. vltimo poſſui dor que della foi, pello que vos mando, que ao dito, N. paſeis carta de apreſentaçám en forma da dita Abbadia, naqual ſe farâ expreſſa menção, de como aſi he de meu padroado, & preſentaçam, inſolidum, & nella ſe treſladarâ eſte aluara, pera en todo tempo ſe ſaber como o ouue aſi por bem. N. o fez en Lixboa, &c.*

Poſteà fit charta, in

3 qua incorporatur prouiſio illa prior Regis, & hanc chartam ſignant hodiè ſenatores palatij, Extrauag. part. 1. titulo tertio, l. 2. § 1.

Anteá verò ſignabat Cancellarius maximus, ex Ordinatione, libr. 1. titulo ſecundo § 10. & cúm hac charta, præſentat ſe præſentatus à Rege ordinario, vt illum inſtituat àd præſentationem Regis, & inſtitutionem ordinarij, inſtrumento publico factam, tenetur mittere capellano maiori, ſeu

4 Decano capellæ regiæ, & neceſſarium eſt, quòd ita fiat ad conſeruationem

regij

regij patronatus: tenetur etiam præsentatus mittere instrumentum possessionis captæ, quæ omnia ponuntur in archiuo publico regni.

impediẽdam prouisionem factam à Rege de Ecclesia sui patronatus, expediuntur per senatores palatij, & non solent admitti.

CAP. XX.

An qui prætendit Ecclesiam, ad quam Rex præsentat, sui esse patronatus, & non regis, posſit in Cãcelleria regia exceptiones opponere, ad impediendam præsentationem regiam, seu chartam signatam.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *EXceptiones oppositæ in Cancellaria regni ad*

HANC quæstionem in facto, meo tempore vidi. Rex præsentauit ad Ecclesiam sancti Petri de Penude, Episcopatus Lamacensis quendam, & facta fuit regia prouisio, quam dicimus (aluara de lembrança) quidam nobilis, qui prætendebat patronatum prædictæ Ecclesiæ ad se pertinere, opposuit exceptiones in Cancellaria regni, quæ exceptiones cum expediri deberent in tribunali senatorum palatij, auditus fuit procurator regiæ coronæ, quod officium tum temporis, ego gerebam.

Dixi prædictum nobile non posse in Cancellaria exceptiones opponere præsentationi factę per Regem, de Ecclesia sui patronatus, vt nec Rex poterat impedire præsentationem factam à quocunque alio patrono, ex reg. l. 1. ff. Quod quisq; iuris. nec hoc nunquàm visum fuerat in Cancellaria regia, vt testificati sunt officiales prædictæ Cancellariæ, quibus fides de stylo adhibenda est, Sylua nuptialis lib. 3. n. 32. Soares allegat. 1. n. 31. & ei, & ab eo præsentato saluum ius manet, vt posteà possint contendere in iudicio competenti. ad quem pertineat præsentare in dicta Ecclesia, alitér enim esset maxima dilatio, & confusio.

Et sic pronuntiatum fuit per senatores palatij, vt exceptiones hoc casu non admitterentur, quando opponútur regiæ prouisioni, hoc est (aluara de lembrança) per quam aliquem pręsentat in Ecclesia sui patronatus; Nec quando opponuntur tales exceptiones, chartę signatę per senatores palatij, in qua prædicta regia prouisio incorporatur, vt diximus capit. superiori, & saluum ius manet partibus, ad agendum via ordinaria, decretum hoc fuit anno 1593. mense Martij, Scriba Antonio da Guiar.

CAP. XXI.

An monasteria sint de patronatu regio.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Monasteria antiquiora, & notabilia regni à quibus fundata fuerunt.*

2 *Antonij de Cabedo autoris patrui, viri nobilissimi, & acerrimi ingenij & in carminibus componendis apprimè docti, Carmina in laudem Reginæ sanctæ*

Sancta HELISABET.
3 *Epitaphium eiusdem sanctæ Reginæ.*

1 MOnasteria multa in regno sunt de regio patronatu ex fundatione & dotatione, vt est monasteriũ Alcobatiæ, de quo inferiùs agemus, sanctæ Crucis, Colimbriensis ciuitatis, sancti Vincentij Olisiponensis, quæ á rege Alfonso I. fundata sũt; sunt & alia multa á Regibus successoribus fundata olim, & à nobilibus regni. quorum aliqua libuit hic recensere, ex libro stematum Petri, filij Dionisij Regis Lusitaniæ, Comitis Barcelensis.

O mosteiro de sam Martinho inuea, fez Donna Gruxueira filha do Conde dom Froyas Vermuiz, & jaz ahi, bisneta do Conde dom Mondo o primeiro dos Pereiras, de que vé os Reis de Portugal, tit. 7. no cap. 3. §. 2.

Dona Meninha Frojaz fes o mosteiro de Pedrozo, & jaz ahi, era irmaã da sobredita, como se vé no mesmo lugar.

O mosteiro de sancta Cruz de Coimbra, & de sam Vicente de fora de Lixboa, fes el Rei dom Afonço Henriquez, como se vè no titolo 7. capit. 4. §. 14.

O mosteiro de sancta Clara de villa de Conde, fez Afonço sanchez filho bastardo del Rei dom Dynis, & nelle jaz sepultado, & nam ouue delle geraçam, como se vee no titolo 25. donde se falla delle.

Da fundação deste mosteiro se falla no titolo 7. no capitolo del Rei dom Dynis no §. 1.

O mosteiro de Odiuelas fez el Rei dom Dynis, & jaz sepultado nelle.

O mosteiro de Valboa de Doiro, fez o Emperador dom Afonço, & dona Sancha que foi sua barregaã por matar seu ir-

mão com medo pera se abarregar com o Emperador, como se vé no titolo dos de Castro, §.1.

Sam Felices da Maia fezeo dona Maria Pirez filha de dom Pedro Fernádez de Castro o Castelaõ, como se vé do titolo 11. dos de Castro, §.5.

Pelo peccado de dom Vermú Pirez, que fez en cazar com sua enteada dona Tareja Anriques sendo cazado com sua mai a Rainha dona Tareja, que foi mai del Rei dom Afonço Anriquez que lhe tomou o Conde dom Fernáo Pirez, fez o dito dom Vermú Pirez o mosteiro de Sobrado.

Dona Minhaana, dona Tereja Afonço, foi a que fez o mosteiro de Salzeda, como se mostra no titolo 36. §.14. de dom Moninho Viegas.

A Rainha dona Artiga molher del Rei Ramiro de Leam o Segundo, fez o mosteiro de sam Iulio, & outros muitos hospitaes, consta do dito titolo 21.§.1. in fine.

O Iffante Aboazer Ramirez filho dos ditos Rei, & Rainha, & sua molher dona Ilena Godiz, filha do dom Godinho das Esturias fundaram o mosteiro de sam Nicolao, que om chamão sancto Tirso de Ribadaue, como cósta do §.2 do tit. 21.

Dom Goncalo Goncaluez irmão de dom Ruy góçaluez de Pereira filhos de dom Goncalo Roiz senhor do couto de Palmeira filho de dom Rodrigo Froyaz o segundo, & bisneto do grande dom Rodrigo Froyaz de trastamar, o dito dom Goncalo góçaluez fundou Nádim, & a Minham, como consta no titolo 21. no capitolo do dito Rodrigo Froyaz §. do dito dom Goncalo Roiz.

Dom Payo Goterrez da Sylua fundou o mosteiro de Tibáes filho de dom

dom Goterre alderete, & sogro de dom Egas Monis, pai de dona Mor Paiz sua primeira molher, como consta do titolo 36. § 4.

O Marmelal foi deixado ao hospital de sam Ioam, por dom Ioam da Voim, que jaz com sua molher no proprio lugar, como consta do titolo 36.

Aminhana dona Orraca Viegas, filha de dom Egas Moniz o amo, & ajo del Rei dom Afonço Henriquez, & de sua segũda molher Aminhaua dona Tareja Afonço, fundou o mosteiro de Tuyas, como consta do titolo 36.

Dom Godinho Fafez o velho, o primeiro donde descenderam os Godinhos, foi filho do Conde dom Fafez Seraciis de Lanhozo, que morreo em agoa de mayas apar de Coimbra com muitos caualeiros seus vassalos, diãte el Rei dom Garcia de Portugal, quando lidou com seu irmão el Rei dom Sancho de Castela, &c. foi o que fundou o mosteiro de Fontarcada, como se vè do titolo 38. dos Bragançōes, §. postumeiro.

O mosteiro de Rendufe, fes dom Egaz Paiz de Penagati, que foi auó de dom Godinho Fafez, como consta do §. 1. titolo 39.

Dom Vasco Nunez fundou o mosteiro de Brauaés, como consta do titolo 39. §. 3.

O mosteiro de Freixet fes dona Gotinha Eris, molher de dom Egas Hermigiz o brauo, titolo 40. §. 1.

Dom Trocoizẽdo Guedez fundou o mosteiro de Paço, cõsta do tit. 41. §. 1.

O mosteiro da Varzea do Cauado, fundou dom Suerguedaz, como consta do tit. 41. §. 1.

Dom Turys Sarna fundou

dou o moſteiro de Vairaõ conſta do titulo 41.§.3.

Dom Pedro Paezeſcacha coutou o moſteiro de Tibães,tit,41.§.3.

Dom Gõzalo Vazquez fundou o moeſteiro de Cetet,tit.44.

O moeſteiro de Ferreira felo Sueiro Viegas, titulo 50.§.1.

Payo Paez Caminhão fundou o moſteiro de ſam Romão de Neiua, como conſta do tit.51.§.5.

Dom Godinho Viegas foi,o q̃ fundou o moſteiro de Villar de frades, tit.52.§.1.

Nuno Soares fundou o moſteiro de Grijo, tit.53. §.1.

Dom Pay Goterrez edificou os moſteiros de ſam Symão da junqueira, &os de ſouto,&o de Villela,tit.55.dos Cuinhas,§.2.

Dom Pedro Afonço de Dorrães fundou o moſteiro de Manet,tit.56.§.2

O moſteiro de Cucujões fundou dom Pay Goterrez da Sylua,tit.58.

Os Alcoforados ſam padroeiros de Buſtella, titul.62.§.3.

O moſteiro de Souto felo dõ Gomez,tit.63.§.10

Dom Seſnado o Eris fũdou o moſteiro do Liueira tit.64.

O moſteiro de Mancellos he padroado dos da Fõſequa,tit.66.

O moeſteiro de Arouqua fũdou a Rainha dona Mafalda,molher del Rei dom Henrique I. de Caſtella,& filha del Rei dom Sancho o primeiro de Portugal, &jaz hai ſepultada.

O moſteiro de S.Frãciſco de Alanquer fundo a Iffanta dona Sãcha filha do dito Rei dom Sãcho I. em os paços emq̃ viuia,& foi o primeiro q̃ ouue em Portugal na dita Ordẽ, & foi edificado en vida de S. Franciſco.

O moſteiro de S.Clara de Coimbra fũdou, & dotou a Rainha sãcta dona IZABEeL,molher del Rei Dom

o mosteiro d' Aguoas santas fundou a Rainha dona mafalda p.ª os templarios eno anno 1543 foi renunciado pello Cardeal salutatis Puis de Roma a Religião de s. João Bautista de malta.

dom Dynis, & en elle jaz ſepultada.

Libet autem l i: ponere carmina quædã in laudem huius ſanctæ, compoſita à patruo meo Antonio de Cabedo, viro ſummi ingenij, & in carminibus componendis apprimè docto.

2 *Diua decus cœli, magniq́ Iſabella pudoris*
Exemplar; cui regale de ſanguine quamquam
Nobilitas, & rar a æuo concordia noſtro,
Forma decens, virtusq́, & quæ teterrima peſtis
Corrumpit noſtros damnoſa pecunia mores,
Non ideó tibi deſidiæ, faſtoſaq; cordi
Gloria, non Regum luxus, aulaq; nocentes.
Et mundi peioris opes, manſuraq; nunquam
Sortis dona diu: ſed maieſtate remiſſa
Imperij, maiora alio ſub Rege latura
Sceptra manu, chari poſt fata ſuprema mariti
Mentem animumq; Deo vouiſti, exutaquê primo
Fœdere, dilecto ſacraſti pectora Chriſto,
Et nunc ille quidem multo cum fænore pro ſe
Depoſitas tibi reddit opes, alioquê decoros
Nunquam caſuro cingit diademate crines:
Salue fœminei generis decus, ardua quando
Sydera, cœleſteſq; choros ipſumquê tonantem,
Totiuſquê ſumma boni conſidere iuxta
Diuinoquè frui vultu tibi contigit, illic

Errores

Errores, quos ægra hominum mens numina contra
Authoremq́ suum, satana instigante patrauit
Excusa, & veniam peccatis exige nostris.

Epitaphium eiusdem Reginæ.

Nobilitate ingens, probitate ingentior, isto
Regina in tumulo, condit ur Helisabet.

Multa alia monasteria ædificata fuerunt, posteà perReges, & Reginas huius regni, quorũ mentionem hic non facimus, vt quia antiquiora solùm recensere decreuimus.

De monasteriis autem fundatis per Regem, vide Rebuf. in praxi beneficiali, tit. resrcipt. mist. glos. 2. n. 19.

CAP. XXII.

An monasterium Alcobatiæ, sit de patronatu Regis Lusitaniæ.

NOTABILIA *ex cap. sequenti*

1 *Monasterium sancti Bernardi de Alcobatia, est de patronatu Regum Lusitaniæ, ex fundatione, & dotatione.*

2 *Monasterium sancti Dionisij de Odiuelas, gaudet & potitur priuilegiis, cõcessis monasterio de Alcobatia.*

3 *Chronicis huius regni, quæ sunt in archiuo publico, fides adhibetur.*

4 *Ad Regem huius regni pertinet, præsentare Abbatem, seu Commendatariũ Alcobatiæ.*

Mona-

1 Monasteriũ S. Bernardi de Alcobatia, est de patronatu Regũ huius regni Lusitaniæ, ex fundatione, & dotatione Regis Alfonsi I. qui ei multa priuilegia concessit, & donationes fecit, quæ priuilegia posteá per communicationem concessa sunt
2 monasterio sancti Dyonisij de Odiuelas, per Regẽ Petrum, facta donatione, era de 1399. annos, qui sũt á Christo nato 1361. & illam vidimus, & legimus.

Quod autem monasterium Alcobatiæ sit de patronatu regio, probatur ex jis, quæ diximus capit. superiori, & ex chronicis huius regni, quæ sunt in publico archiuo, quibus fides adhibẽtur, glossa in ca
3 pit. Inter dilectos. de fide instrum. refert multos Vallas. de Iur. emphyt. q. 9. numer, 26. Gam. dec. 365. n. 7 Rol. á Valle consil. 2. volum. 1. n. 60. facit Ord. in prim. tit. 18. § vlt. Authẽ. ad hæc. vbi glos. & Bart. C. Fid. instr. Anton. Gabr. lib. 1. cõmunium opinionum, tit. de probat. conclus. 5. à princ.

Probatur etiam, ex quodam capitulo concordatarum huius regni, quæ sunt in libeliolo senatus supplicationis, fol. 55. & sequenti. verba autem sunt sequentia.

Item aos 47. capitolos ẽ que dizem que por qualquer delicto, ou injuria, ou dilapidação manda citar aos Prælados, & dom Abbades perante si, & os condemna, & executa, assim como fes ao Dom Abbade de Alcobaça.

A este capitolo, respõde el Rei, q̃ tal cousa como esta elle nũqua fes a Prelado nẽ hũ, nem Abbade bẽto. E quãto he ao q̃ dizẽ do Dõ Abbade de Alcobaça, elles não tẽ de fazer com esto, porq̃ o moesteiro bẽ seu, & ll'e fara del le o que quizer, & ya sobre esto tem escriuo ao Padre sãcto, & com sea a or lo fará o que ouuer de fazer.

Quod

4 Quod cùm ita sit, ad Regem huius regni pertinet præsentare Abbatem, seu commendatarium huius monasterij, qui commendatarius eleemosynarius magnus regni est, & ipse nominat Regi alium eleemosynarium substitutum, qui in curia Regis adsistit, & ego vidi ad nominationem quandã prædicti commendatarij, prouisum quẽdam eleemosynarium per Regem. Quod est notandum.

CAP. XXIII.

De monasteriis consistorialibus, quæ sunt de patronatu regio, ex concessione Summorum Pontificum.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Regibus huius regni per Summos Pontifices cõcessum fuit, ut multa monasteria de patronatu regio, darent in commendas, patet ex tenore Bullæ n. 2.*

2 *Pius V. ad instantiam Regis Sebastiani monasteria Ordinis sancti Benedicti, & sancti Bernardi & alia reduxit ad Abbates triennales, viuentes sub regula generali Ordinum.*

3 *Monasteria consistorialia Regibus in patronatum concessa, non sunt hodiè de patronatu Regis, imò suo cuique ordini incorporata, & vnita.*

4 *Papa potest assignare pensiones, non solùm temporales, sed etiã perpetuas vni monasterio super fructibus alterius.*

5 *Referuntur monasteria, quæ reddacta fuere ad Abbates & priores triennales.*

1 Alia sunt monasteria de patronatu regio, concessa per Summos Põtifices

fices, vt Rex incommendas de illis posſit prouidere: idq́ Regibus pro tépore conceſſum fuit, vt patet ex Bulla Leonis X. cuius tenor is eſt.

2 *LEO Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Chariſsimo in Chriſto filio Emanueli Portugaliæ, & Algarbiorum Regi illuſtri, Salutem, & Apoſtolicā benedictionem. Præclaræ deuotionis ſinceritas, & eximia fidei conſtantia, quibus in noſtro, & Apoſtolicæ ſedis conſpectu clarere dignoſceris, nos incitant, vt quodammodo tuis de ſede Apoſtolica benemeritis id exiſtentibus impellunt, vt illa tibi fauorabiliter concedamus, per quæ tuæ maieſtatis honor accreſcat, ac eius ſtatui, necnon Eccleſiis, & monaſteriis tuorum temporalium dominiorum, de perſonis eccleſiaſticis tibi gratis & acceptis, valeat ſalubriter prouideri. Sanè cùm ſtatui tuo plurimum expediri dignoſcatur, vt monaſteriis regni tui, perſonæ tibi gratæ & acceptæ præficiantur, aut illa eis in commendam, ſeu adminiſtrationem concedantur, qui ſciant, velint, & valeant perſonas tibi ſubditas ad tibi fideliter ſeruiendum inducere, & in tuis, fide, & deuotione conſeruare. Nos ſtatus, & regni tui, ac monaſteriorum conſeruationi in præmiſsis paterno affectu conſulere, teq́, quem etiam propter alia præclara virtutum dona, quibus te decorauit altiſsimus ſpecialis deuotionis affectu, ex viſceribus charitatis proſequimur,*

condigno fauore prosequi volentes, motu proprio; non ad tuam, vel alicuius alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione maiestati tuæ (quo ad vixeris dumtaxat) facultatem nominandi nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti, personas idoneas ad quæcunque monasteria Ordinum quorumcunque, etiam de quibus consistorialitèr disponi consueuit in regno tuo consistentia, & quorum fructus etiam in libris Camaræ Apostolicæ taxati reperiuntur per decessum, seu aliàs quomodolibet, præterquam apud Sedem prædictam pro tempore vacantia per nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem præfatum ad nominationem huiusmodi monasteriis prædictis præficiendas ita, vt ad monasteria ipsa monachos idoneos, vt ipsi illis præficiantur, seu etiam seculares clericos, aut Prælatos, quibus illa commendari possint nominare valeas autoritate Apostolica; tenore præsentium ex certa nostra scientia reseruamus, concedimus, assignamus, ac volumus quod personas idoneas huiusmodi infrà sex menses à die vacationis monasteriorum prædictorum computandos nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici nominare tenearis: Nosque & Romanus Pontifex pro tempore existens, personis sic nominatis prouideri debeat,

& si

& si infra dictos sex menses, nulla nominatio per te facta fuerit, ex tunc ea vice de monasteriis prædictis per nos, & Sedem prædictam liberè disponi possit. Decernentes ex nunc quascunque electiones, postulationes, prouisiones, præfectiones, commendas, vniones, annexiones, & incorporationes, & alias quascunque dispositiones de monasteriis prædictis, aliás quando seu pro personis per te infra tempus sex mensium huiusmodi pro tempore nominatis etiam per nos, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem quomodolibet factas, nullius roboris, vel momenti existere, & sic per quoscunque iudices, & commissarios etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales: sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & authoritate sentiari, & definiri debere: irritum quoque, & inane quicquid secùs super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis de monasteriis prædictis per vos, & Sedem prædictam pro tempore factis reseruationibus, seu affectionibus generalibus, vel specialibus, necnon Cancellariæ Apostolicæ regulis pro tempore editis, & quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non monasteriorum, & illorum ordinum prædictorum

iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegiis quoque, & indultis, ac literis Apostolicis, illis sub quibuscunque tenoribus & formis concessis, & confirmatis, quibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, præsentibus pro sufficienter expræssis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, specialiter & expressè derogamus cæterisq; contrariis quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum, liceat hanc paginam nostræ reseruationis, concessionis, assignationis voluntatis decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit in dignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, milesimo quingentesimo decimo septimo, 17. Kalend. Iulij Pontificatus nostri, Anno quinto.

Sic &.

Sic & tẽporeRegis Ioã nis Tertij,& Sebastiani I. per Pium Quartũ,& Gregorium XIII. Pontifices maximos, idem concessum fuit in perpetuum: postea ad instantiam Regis Sebastiani, Pius V. monasteria ordinis sanctiBenedicti, & sancti Bernardi redduxit omnia ad Abbates triennales viuẽtes sub regula, generalium ordinum, vt patebit ex tenore bullarũ, quod tẽpore Regis Philippi, I. fœlicis memoriæ, fuit completum, tam in monasteriis superiùs dictis, quám in mona
3 steriis Canonicorum regularium sancti Augustini. Ita vt iam hæc monasteria consistorialia,& per Summos Pontifices Regibus in patronatum concessa, vt illa posſint aliquibus ecclesiasticis viris cõmendare, non sint hodiè de patronatu regio, sed potiùs ordini vnicuique vnita,&incorporata,& si quæ sunt aliqua, quæ adhuc nõ sũt incorporata ex eo est, quia viuũt cõmendatarij, illis mortuis per Bullas Sũmorum Pontificum incorporanda sunt, & vnienda reseruatis pensionibus, in illis & asignatis nonnullis monasteriis diui Hieronymi, & monasterio diui
4 Dominici da Serra, & capellæ regiæ. Quas pensiones non solùm temporales, sed etiam perpetuas põtest Papa assignare vni monasterio, vel Ecclesiæ super fructibus, redditibus & prouentibus alteriusEcclesię, vel monasterij, cum facultates illius, onus illud commodè ferre possunt, secundùm Cacialup. in tractatu de pensionib. quęst. 8. Roman. cons, 369 vbi consuluit super quadam pensione annua, asignata per Papam Bonifacium, vni monasterio mõtis maioris, soluenda in perpetuum, per monasterium sancti Antonij: refert & comprobat Gigas de pensionibus, quæst. 12.

 num. 1.

num.1.& 2. quem vide,& quæst.61.

5 Monasteria autem quæ redacta fuere ad Abbates & Priores, trienales sunt sequentia.

Ordinis sancti Benedicti.

O mosteiro de Pombeyro
S. Ioam da Maya.
S. Saluador de Ganfei
o mosteiro de Cabanas.
o mosteiro de Caruoeiro
S. Saluador de Palme
S. Claudio.

Sancti Bernardi.

S. Maria daguiar.
S. Maria de Maceiradão
S. Christouam de Lafõis.
S. Pedro das Ageas
S. Maria de Fiaës.

Canonicorum regularium.

O mosteiro de Muge.
S. Miguel de Villarinha
S. Simão da Iunqueira
S. Martinho de Caramos
S. Martinho de Castro.
Nossa Senhora da Oliueirinha.

Alia nondum vacarũt, quæ post vacationem, reductionis, ad Abbates, & Priores triennales, effectũ sortiri debent.

CAP XXIIII.

Quæ dicãtur monasteria consistorialia.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Omnia vinorum monasteria valorem ducentorum florenorum auri excedentia, reseruantur per regulam secundam Cancellariæ: quod intellige vt n.3.*

2 *Monasteria reseruata, dicuntur cõsistorialia, quia consistorialitèr de illis prouideri solet.*

3 *De beneficiis reseruatis fit prouisio per cedulam, & non per supplicationem.*

4 *Monasteria consistorialia concessa*

concessa fuere Carolo V. Regi Hispaniarũ, per Adrianum Sextum, & per Leonem X. & Piũ IIII. & Gregorium Decimũ tertium Regibus Lusitaniæ.

5 *Forma prouisionis, qua Rex Sebastianus desistentiam fecit, de patronatu monasteriorum Canonicorũ regularium.*

1 PEr regulam secundã Cancellariæ reseruãtur omnia viuorum monasteria, valorem ducentorum florenorum auri excedentia, quæ quidem monasteria reseruata, dicuntur consistorialia, quia cõ-
2 sistorialiter de illis solet prouideri, per viam cedulæ, vt tradit Gomez in regula de subrogand. collitigato. quæst. 15. ad finem. Mandozius regul. secunda Cancellariæ, quæstione 3.

3 Quod non intelligitur de omnibus monasteriis, sed tantùm de commendari solitis, & ita habet stylus totius orbis, & solent excipi monasteria, quibus cõpetit electio, & illa monasteria sunt taxata in libro taxæ monasteriorum consistorialium, & tantùm attenditur valor expressus in taxa, Gomez in regula de valore exprimendo, quæst. 3. ad finem: & in conferendis his beneficiis, alius modus obseruatur ab aliis: nam per cedulam, & non per supplicationẽ huiusmodi benefia proponuntur, in cõsistorio, & de illis fit prouisio, Gomez in regula de infirmis resignãtibus quæstion. 14.

4 Hæc autem consistorialia monasteria, concessa fuerunt per Adrianum Sextum Summum Pontificem, Carolo Quinto Hispaniarum Regi, & eius successoribus, vt in eis haberent ius præsentandi, tradit Nauar. in cap. Nullam, 18. quæst. 2. numer. 2. qui videndus est ibidem, num.

num. 12. eodem modo cõcessa fuerunt, per Leonem Decimum Summum Pontificem Emanueli Regi Lusitaniæ, vt superiori cap. diximus, & posteà per Piũ Quartum, & per Gregorium Decimum tertiũ Põtifices maximos, Sebastiano Regi.

Libet autem hìc inserere regiam prouisionem, qua Rex Sebastianus desistentiam fecit de patronatu monasteriorum Canonicorum regularium, quam inueni.

Eu el Rei faço saber aos
5 *que este aluara virem que eu ey por bem, & me praz de dar commissam ao Doctor N. do meu Concelho, & meu desembargador do paço, peraque por mim, & en meu nome poßa desistir, & alargar ao geral & padres da congregaçam de sancta Cruz de Coimbra dos Conegos regulares da ordem de sancto Agostinho os mosteiros da dita ordem de meus reinos, que ainda não estão reformados, & de que o sancto padre Gregorio Decimo tertio, ora na Igreja de Deos præzidente, me concedeo o padroado, conforme aos indultos que dißo me paßou: pera os padres da dita cõgregaçam de sancta Cruz reformarem os ditos mosteiros, ou ordenarem o que lhe parecer mais seruiço de noßo Senhor & bem dos ditos mosteiros, & isto, consentindo o dito geral, & padres, en pagarẽ cada anno, de pensam as peßoas, ou lugar, que eu nomear, ou aque aplicar a dita pensam, quando os ditos mosteiros vagarem, a rezam de sinquo por doze, da renda que renderem as mezas priores deles, conforme as aualiações, que ora por meu mãdado foram feitas da dita rẽda pelo Licenciado N. & auendoo sua Sanctidade por bem, & en outra maneira nam. & poderá o dito Doctor, N. neste cazo, & pera este effecto fazer tudo o mais que lhe pareçer que conuẽ, & poer no contracto que fizer com*

zer com o dito geral, & padres, todas as clausulas condições, obrigações, que vir q̃ sam necessarias pera mais firmeza & segurança do negocio: porque tudo oque elle niso fizer auereĩ por firme, & valioso pera sempre, & pera tudo oque dito hê, lhe dou, & concedo por este, todos os poderes que em direito se requerem & sam necessarios, oqual se comprirâ posto que não seia passado pella Chancellaria sem embargo da Ordenaçam en contrario, N. o fez em Lixboa, &c.

C A P. XXV.

Ad quem spectet fructus Ecclesiæ vacantis (quæ est de patronatu regio, seu alterius) locare, & custodire.

N O T A B I L I A ex cap. sequent.

1 *Ad Episcopum diœcesis, in qua Ecclesia de regio patronatu est pertinet, vacantis Ecclesiæ fructus locare, & custodire facere.*

Hanc quæstionem vidimus in facti contingentia, in quadam Ecclesia patronatus regij, Episcopatus Visensis, quæ cùm vacasset, præses illius prouinciȩ, in qua vacauit, possesionem cæpit patronatus regij, vt moris est, & vt solent facere prȩsides ad conseruationẽ prȩdicti regij patronatus: volebat idem præses locare fructus, & custodire facere futuro rectori à Rege præsentando. Episcopus Vicensis de hoc conquæstus fuit coram Rege, qui rescripsit, quòd præses desisteret à tali locationẽ fructuum, prædictæ Ecclesiæ, & custodia illorum, 2 cùm id ad Episcopum pertineret de iure, ex text. in cap. Cùm vos, vbi glos. de offic. ordinarij, & ibi scri-

bentes, cap. Non liceat, capit. de laicis, cap. Illud, 12. quæst. 2. Abb. in cap. Bonę, nu. 11. de appellation. dd. in cap. Pręsenti. de officio ordinar. libr. 6. Idem Abb. in cap. Ad aures, numer. 3. de excef. Pręlato, & in cap. Cùm venissent, n. 11 de institut. Dec. cõsil. 420. numer. 3. & sic factum fuit, vt Rex decreuit, anno 1594.

C A P. XXVI.

An possit per Regẽ dari tença, donec quis prouideatur de regij patronatus beneficio, seu commenda.

N O T A B I L I A ex cap. sequenti.

1 *Pensio an possit assignari alicui sub conditione, vt illam dimittere teneatur, cùm adeptus fuerit competens beneficium. vide remissiuè.*

2 *Tença (quam ciuilẽ annonã vocamus) potest dari à Rege alicui, quo ad eũ prouideat, de Ecclesia competẽtis redditus, & sub conditione, vt post prouisionẽ tençam relinquat, idq; absque labe simoniæ, & num. 3.*

3 *Rex solùm præsentat ad Ecclesias, Episcopus autem instituit.*

4 *Quando alicui datur tença quousque de commenda prouisus sit, vacat tença, per adeptionem commendæ.*

Quid si tença detur, & simul profiteatur in aliquo ex ordinibus militaribus, vide ibidem, & omninò num. 6.

5 *Iudicis arbitrio relinquitur quòd sit competens beneficiũ, seu commenda.*

6 *Habens tençam simpliciter, si posteà magister illam prouideat de commenda, non potest in prouisione conditionem imponere, vt cum fructibus depositis, seu*

seu pecunia, compenset tẽçam debitam, quod secùs est, quando promittitur tẽça, quo ad de commenda prouideatur.

1 HAnc quęstionem in pensione, quæ asignatur alicui, sub conditione, vt illam dimittere teneatur, cùm adeptus fuerit competens beneficium, tradunt Doctores relati á Gigante in suo tractatu de pensionib. quæst. 25. per totam apud quem, lector illam leg re poterit.

2 In tença verò (quam ciuilem annonam vocamus) data alicui, per Regem quo ad eum præsentauerit in Ecclesia, competentis redditus, sui patronatus, nostra est quæstio? in qua videtur id Regẽ facere posse, Nam Rex ei non concedit spirituale aliquid, pro temporali, nec recipiens dimittit temporale pro spirituali, vt simonia contrahatur, solùm enim ei datur tença ad tempus, donec vacet Ecclesia, patronatus regij, in qua Rex eum præsentet, & tunc extinguitur ipsa tença, & ita ingressus vnius, est expulsio alterius, capit. Cùm renuntiatur, 32. quæstione prima, capit. Nonne. de præsumption. ita in simili tenet Immola, & alij relati à Gigante vbi suprá, num. 2.

3 Eo maximé quòd Rex solùm præsentat, Episcopus autem examinat, & instituit, & beneficium non potest obtineri sine canonica institutione, capit. primo de regulis iuris in sexto, quæ prouenit ex dicta institutione Episcopi; & sic seruat styllus nostri regni, vt Rex has tenças det, quo ad vacet Ecclesia sui patronatús, in qua præsentet prouisum de dicta tença, absquè labe simo-

simoniæ, & ita decretum fuit in tribunali ordinum militarium in lib. dos pareseres, fol, 16. & fol. 33. §. Quinto. tutius tamen erit, has tenças dare clericis pro seruicio spirituali, nó verò pro temporali, facit tex. in ca, Qualiter. de clericis non residentib. & cap. Veniens, de testib. tradit Gigas vbi suprà n. 3. & 4.

4 Quandô verò datur tẽça alicui, quo ad, de commenda competenti prouisus sit? idem dicendum est, & si tença detur, & simùl profiteatur in aliquo, ex ordinibus militaribus, cẽsetur ipsa tença data de bonis ordinis, & sic per adeptionem commendæ, tença vacabit: perinde enim est ac si per adoptioné vnius beneficij, alterum vacet, cap. de multa. de præbend.

5 Competens autem beneficium, seu commenda, quæ dicatur, arbitrio superioris relinquitur, qui qualitatem personæ considerabit, Felin. in cap. Postulasti, de rescript. Gigas vbi suprá, num. 5. quem vide, & diximus suprà cap. 16. num. fin.

Quandò verò datur tẽça simplicitér, etiã si prouisus de illa, profiteatur in alìquo ex ordinibus militaribus, & posteá prouideatur de commenda, si magister ordinum expresse nó declarat, vt per commendæ prouisionem, tença vacet, nullo modo vacat, sed potest retinere prouisus, & commendam, & téçam. Sic decretum fuit in tribunali ordinum militariũ, & est decretum in dicto libro dos pareseres, eiusdé tribunalis, eodem fol. 16. pag. 1. in principio, & fol. 35. §. Quinto.

6 Et consequenter etiam decretum fuit, quod prouisio quædam, per quã Rex tanquam magister ordinũ voluit, quòd prouisus de tença aliqua, compenset illam cum depositis ipsius commendæ, eius temporis

quo

quo vacauit prædicta cómenda, locum habeat solùm in tencis, quæ dantur per magistrum aliquibus personis, quo ad, de commendis prouisi fuerint, in eodem libro superiùs allegato: non verò in tencis datis simplicitér, etiam si posteá illi, qui tenças simplicitèr datas habent, de commendis prouideátur, quod est maximè notandum, & sic seruatur.

CAP. XXVII.

An quæ dicta sunt in patronatu Regis, locum etiam habeant in patronatibus Reginæ.

NOTABILIA ex cap sequenti.

1 *Iura patronatus donata Reginæ, à Rege, habēt omnia ea priuilegia, quæ habent iura patronatus Regis, & n3.*

2 *Augusti nomen vnde descenderit, & quauè de causa Cæsari inditum fuerit, vide remissiuè.*

3 *Ius patronatus cadit in fœminam, non solùm habentem dignitatem, sed priuatam.*

4 *Præsentatio vxoris, quando præferatur præsentationi mariti. vide remissiuè*

5 *Præsentatio tutoris, quando præferatur præsentationi pupilli. vide remissiuè.*

6 *Patronus potest Ecclesiam patronatam, monasterio vnire, de licentia ordinarij.*

7 *Patronus ecclesiasticus, per se, non potest patronatam Ecclesiam alicui in titulum conferre.*

8 *Patronus non potest disponere de rebus spiritualibus, nec temporalibus Ecclesiæ.*

1 Hæc quæstio duo habet membra: aut enim ius patronatus competit

petit Reginæ, in Ecclesiis, quæ sunt in ciuitatibus, aut oppidis, illi per Regem maritum donatis, iuxta Ordin. lib. 1. titul. 10. & lib. 2. tit. 26. §. 55. & hoc casu dicendum est, omnia, quæ diximus, & dixerimus, locũ habere in patronatibus regiis, procedere etiam in patronatibus Reginæ, à Rege donatis, & habere eadem priuilegia, argumen. l. Princeps, ff. de legibus (ibi, augusta autem licet legibus soluta nõ est, Princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipse habet) l. Si Augustæ, ff. Legatis. 2. l. Fiscus. in fine, ff. Iure fisci, l. Cùm hæredes, C. Qui testamenta facere possunt, & alibi sæpè: facit Extrauagans 4. part. l. 3. titul. 12. ibi (*elle ou a Rainha sua molher*)

2 Vnde autem (vt hoc obitèr dicamus) Augusti cognomentum descenderit, quauè de causa Cæsari, inditum fuerit, ex Dyone libro 43. disces.

3 Si verò ei competunt patronatus, vt quia Rena ipsa succedit in regno iure proprio (in regnis in quibus fœmina succedit) tunc nulli dubium est, omnia quæ superiùs dicta sunt, & inferiùs dixerimus, in his patronatibus, locum etiam habere; cùm enim hoc casu Regina sit regni proprietaria, ea omnia, quæ dicta sunt in Rege, in ea locum habent, vt tradit Palat. in repetitione capit. § 43. n. 10.

4 Ius enim patronatus cadit in fœminam, Selua de beneficio, quæstione quinta, numer. 9. notat Abbas. & Felin. per illum textum in capit. Dilecto. de testibus, idem Abbas in capit. fin. versicul. Sed quæro. de concessione præbendæ, glossa, & Doctores in cap. Filiis, 16. questione septima, & hoc non solùm in fœmina habente dignitatem, sed etiam in priuata glossa no-

sa notabilis per illum textum in capite, Quoniã, 16. quæstione 7. tradit Dominicus in Clementina 2. de iure patronat. Rochus de iure patronatus, quæstione prima, verb. Competens. & tenet Antonius de Butr. in dicto capit. fin. dicens, quod ita seruatur quotidié, Calderinus consil. 4. de iure patronat.

5 Quando autem præferatur præsentatio vxoris, præsentationi mariti, tradit Abbas in cap. fin. numer. 6. de concessione præbendæ, Molina de primogeniis, lib. 1. capit. 24. numer. 33. qui loquitur in Regina, & allegat Palat. vbi suprá.

6 Quando autem præsentatio tutoris, præferatur præsentationi, pupilli, vide Abbatem vbi proximé, Seluam de beneficio, quæstione quinta, numer. 12. 1. part. facit glossa recepta in capit. Ex eo. de electione, libr. sexto, verb. Suffragium, quam commendat Gamma decision. 14. numer. 1. Guilhel. in cap. Rainuntius, verb. Adiectæ impuberi, numer. 61. de testamentis.

Accidit autem in facto, quòd patrona quædam, domina nobilis, voluit ob piam erga quosdam monachos deuotionem, Ecclesiam patronatam eorum monasterio vnire, ea conditione, vt singulis annis, tot Missæ,
7 in eo celebrarentur: quæsitum fuit, vtrúm hoc fieri posset? & dicendum videtur, quod sic, de licentia, & authoritate ordinarij: patronus autem hoc per se non potest facere, quia patronus etiam
8 ecclesiasticus, Ecclesiam patronatam, non potest alicui conferre in titulum, capit. Cúm laici. de iure patronatus, & ibi Abbas notabil. 1. & 2. & in cap. fin. per illum textum in principio, & n. 3. eodé

titulo

titulo, & facit quòd patroni non possunt disponere de rebus temporalibus, nec spiritualibus Ecclesię patronatæ, vt in cap. Præterea. & ibi glossa 1. de iure patronat. cap. Decimas. 16. q. 7.

Quod autem apponi possit talis cōditio de Missis celebrandis, tradit Decius in cap. Significatum. n. 9. de præbendis.

CAP. XXVIII.

An Regi currat tempus quatuor mensium á iure concessum patronis laicis.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *PAtronus laicus intra quatuor menses debet præsentare ad Ecclesiam sui patronatus, ecclesiasticus verò intra sex menses ad id tenetur.*

2 *Elapso tempore quatuor mensium, patrono laico, & sex mensium ecclesiastico, libera ordinatio Ecclesiæ deuoluitur: ad Episcopū quod limita vt in fine numeri.*

3 *Superior, ad quem deuoluta fuit præsentatio, non potest conferre Ecclesiā, nisi secundùm naturam, & institutionem beneficij: quo intellige vt numero 4.*

5 *Regi ignoranti non currit tempus ad præsentandū, sicut non currit priuato patrono, quod intellige vt num. 6.*

7 *Regi quantumcunque scienti, non currit tempus quatuor mensium, idq; ex legitima præscriptione.*

8 *Refertur sententia auditoris Apostolici lata in fauorem Regis, nō præsentātis intra quatuor mēses.*

2 Si verò ius patronatus antiquum est, creditur libris antiquis, si tales sint, quibus ab antiquis communitér creditum est, vel reperiantur in loco, vbi solùm seruantur authenticę scripturæ, secundùm Vallascum de iure emphyteu. quæst. 9. num. 26. versic. Rursus cùm dico: & subdit, quòd obtinuit in causa ardua, quasdam Ecclesias ad ius patronatus Regis pertinere; ex eo solúm, quòd in libro censuali posito, in archiuo Ecclesiæ maioris, Episcopatus Colimbriensis, vbi sit: erãt Ecclesiæ, reperiebatur scriptum in margine libri (Regis est)

3 Nec profuit possessori centenariam, imò ducentenariam, & immemorialem prę scriptionem allegare, & probare; quia in regiis patronatibus, nulla currit præscriptio in hoc regno, ex Vallasco, vbi suprá, tradit Rebufus 3. tomo ad leges Galliæ, titul. de mater. possessor. in præfatione. num. 133. & de hac quæstione egimus superiús cap. 7.

4 Probatur etiam ius patronatus, ex pluribus instrumẽtis antiquis, in quibus, fit mentio de iure patronatus, Bursa. cõsil. 324. num. 9. Mascard. de probationib. conclus. 958. n. 29. vol. 2.

5 Sed & antiquis annalibus, circa ius patronatus esse credendum, tradit Ripa in l. 1. num. 73. ff. Si certum petatur, & ibi Purpuratus, num. 1. 54. idem Rip. in cap. Cùm Ecclesia, n. 97. de causa possess. & proprietatis.

6 Verùm quia multoties probari non potest; tùm ob amissionem scripturę, tùm etiam ob antiquitatem temporis, fuit lex cõtenta

tenta probatione præsumptiua, secundùm Baldum in Authentic. quas actiones ad finē C. Sacrosanct. Ecclesiis.

7 Præcipua autem, præsumptiuæ probationis, species, est illa, quæ ex antiquissima possessione deducitur, quæ tamen longeua possessio, loco tituli habetur, Corcetus in singularibus, verbo, Patronus, Iosephus Lodouicus conclusione 42. colum. 6. ampliatione 2. Rolandus á Valle consil. 3. vol. 1. Masc. vbi suprá, n. 3.

8 Quod quidem adeó verum est, vt præsentatio facta, ab huiusmodi possessore, præferatur factæ, à proprietario. Imol. & Abbas, in cap. Consultationibus, de iur. patr. Cæph. cōsil. 26. n. 28. lib. 1. Roland. cons. 37 n. 28. lib. 1. & præsentatio sequitur possessorem, non proprietariū. Alex. cōsil. 75. num. 4. lib. 4. Guid. cōs. 92. Roch. verb. Competens, q. 14. Bertrandus cōsil. 373. ad fin. lib. 2.

9 Quod procedit etiam si non constet de possessione, nisi ex vnica præsentatione, si enim sequatur etiam institutio ordinarij, ritè probata manet possessio, Abb. cōsil. 54. lib. 1. Roch. de iur. patr. verb. Cōpetens alicui, n. 35. dicit communem, Rolan. consil. 47. n. 26. & 27. lib. 1. & diximus superiús, cap. 6. Imô & literis, in marmore tēpli incisis credendū est, in causa iuris patr. antiqui, vt cōsuluit Bald. consil. 320. volum. 5. glossa in cap. Cum causā, ibi (columna, vel lapide) quam cum multis rellatis sequitur idem Valasc. vbi sup. n. 28. de probation.

10 Hoc autē intellige procedere, quó ad ius patronatus, ipsius nominati, & scripti in dictis literis, nō verò, quo ad descendentes, & sic quantum ad antiquum patronum, non autem quo ad modernū; quia non sufficit probare ius patrona-

tronatus, nisi etiam probetur, tale ius ad se pertinere: Lambertin. de iure patronat, 2. p. artic. 4. quæstion. 10. p. 2. lib. 2. nu. 11. Intellige autem nisi literæ nominarent familiam, quia tunc, illos de familia iuuarent illæ literæ, ad probationem talis iuris patronatus, Lambertin. vbi suprà, artic. 10. quæst. 9. numer. 2. transcripsit Mascardus vbi suprà, n. 2.

12 Vt autem fidem faciãt, & probent dicti libri censuales, & scripturæ in eis repertæ, debet articulari, quòd talis scriptura, est seruata, & reperta in tali archiuo publico, in quo per officiales publicos, ad id deputatos, & electos, probatæ fidei, seruãtur, & custodiũtur, instrumenta, & documenta ibi deposita, ac recondita, quibus ab antiquissimo tempore solet integra fides adhiberi, vt quia non solent ibi alia instrumenta deponi, nec seruari, nisi ea, quæ fidem faciunt, & talem authoritatem concessit Princeps eiusmodi documentis, sicuti concessit aliis, quæ à publicis tabellionibus, & notariis fiunt, & ea voluit haberi pro publicis, solennibus, & authenticis: ad quod maximè docti Aduocati attendere debent.

13 Sic etiam antiquorum finium probatio, per instrumenta fit, Vallascus vbi suprà quæstion. 9. numer. 21. & etiam per libros antiquos, capit. Cùm causam. de probationibus, Hypolitus in rubrica, ff. de probation. n. 193. Cùm enim propter antiquitatem, res sit difficilis probationis, cõtenta est lex ea probatione, quæ haberi potest, arg. l. Cõsensu, C. Repudiis. additio ad Al c. reg. 1. præsumpt. 47.

14 Alias declarationes, circa materiã præsumptiuę probationis, iuris patron. tradũt Mascardus, & Lamber. suprà rellati: vide tamen

sacro-

ipso iure, per illũ tex. vel saltem irritanda, secũdùm Abb. in d.cap. Cúm dilectus, n. 2. & diximus superiùs, cap. 1.

2 Amplia quòd nec legatus Papæ id posſit, secundùm gloſ. in cap. Illud. de iure patronatus, vbi Abb. num. 8. dicit, eam communitèr teneri; quod procedit, etiam ſi Papa ei conceſſerit, vt Eccleſias patronatas poſſit conferre, inuitis patronis; quia nó videtur intellexiſſe de laicis, vel etiam de clericis, habenti 3 bus ius patronatus ratione patrimonij, secundúm gloſ. fin. in dict. cap. Cùm dilectus, per illum text. in quo gloſſa illa notabilis eſt; quia huiuſmodi ius patronatus non dicitur ecclesiaſticum, vt per Felin. in tractat. Quando literæ Apoſtolicæ. ampliat. 5. per text. in dict. cap. Cúm dilectus. vbi citat plures Doctores id tenentes.

4 Amplia idem eſſe in Papa, ſi conferat beneficium patronatum; quia, ſi nó faciat mentionem de patronatu laici, non valet collatio, tanquàm ſubreptitia, quia Papa non conſueuit conferre talia benefia, saltèm, quin faciat mentionẽ patroni laici, vt notatur per gloſsã, & Doctores in cap. Per literas. de pręben. in 6. sequitur Abbas in dicto cap. Cùm dilectus. ad finem: & ideò in dubio nó intelligitur velle conferre Eccleſiam patronatam, inconſulto, aut inuitó patrono laico, niſi id ſpeciatim exprimat. Si tamen Papa id exprimit, bené poteſt conferre beneficia patronata, patronis inuitis, vt per Archid. in cap. Piæ mentis. in fine, 16. quęſt. 7. & in cap. Hortamur. in fine, 81. diſtinct. Felinus in tractat. Quando literæ Apoſtolicæ, colum. 1. verſic. Solutio.

5 Amplia ſuprà dicta procedere, etiam ſi præſentatio pertineat, ſimúl ad patronum clericum, & lai-

cum; quia etiam tunc, legatus non potest conferre talem Ecclesiam, sine præsentatione, aut consensu patroni, quia nó debet priuari patronus laicus, propter mixturam clerici, ex Abbate in cap. fin. in fine, de iure patronat. post Federicum, consil. 63. quem citat: vbi fatetur, quòd eo casu, legatus poterit vti iure clerici, & conferre Ecclesiam cum consensu solius laici, sequitur Felinus in dicto tract. Quando literæ. ampliation. 6. quem vide.

Idem poterit legatus, si clericus posSit præsentare vt laicus, & vt clericus, quia tunc legatus poterit conferre Ecclesiam, sine eius consensu, argument. text. in dict. capit. Cùm dilectus, si bené ponderetur.

8 Amplia etiam, quod legatus non poterit reseruare talia beneficia patronata, sicuti nec poterit ea cóferre, inuitis, aut in cósultis patronis; vt per glossam, & Abb. in dicto cap. Cúm dilectus. per illum text. imô etiam si Papa generaliter reseruet beneficia, etiam patronata, non comprehendit in dubio talia beneficia, patronatus laicorum, vt per Felin. in dicto tractat. limit. 2. vbi allegat Lap. Domin. & Alexand.

7 Quæ tamen superiús dicta sunt, non procedunt, vbi ius patronatus pertinet ad aliquem Principé laicum, putá Regem, Ducem, vel Marchionem, vel alium magnaté, quia tunc, etiam si fieret specifica métio, de iure patronatus laicorum, nó comprehenderetur taleq; ius ad Principem, aut magnaté spectás, nisi de eo adhuc Papa faceret specificam mentioné: vt per Felin. in tract. Quãdo literæ Apostolicæ noceãt, petron. col. 6. ampl. 8. quod tamen non solet facere Summus Pontifex, in regiis patronatibus, arg.

Extra-

Extrauagantis, l. 3. tit. 12. p. 4. Trid. sess. 25. sub decreto de reform. cap. 9.

8 Quod si beneficia, in quibus patronus habet ius patronatus, vacet Romæ, aut in mensibus Papæ, vtrùm Papæ reseruentur in præiudiciũ patroni laici? glossa dixit, quòd sic, in capit. 2. de præben. in 6. quã sequutus est Barbat. consil. 74. viso. col penult. versicul. Ex alio capite lib. 1. sed magis communis opinio, est in contrarium, vt per Doctores in d. cap. 2. & Alexand. consil. 75. visis. in principio lib. 4. & faciunt adducta per Felin. in tract. Quando literæ, dict. limitat. 2. & per Doctores, post glos. in dicto cap. Cùm dilectus.

CAP. XXXVI.

De pœnis contra impetrantes Ecclesias regij patronatus.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Leges regni comprehendunt clericos, sicut laicos, diuersa tamen ratione.*

2 *Intellectus ad cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut.*

3 *Lex secularis potest comprehendere clericos, quando clericus non in vim potestatis, sed tanquàm Rex per viam extraordinariæ cognitionis hoc intendit facere.*

4 *Rex potest imponere pœnã clericis circa tẽporalitates.*

5 *Temporalitates quæ dicantur, ad hoc, vt possint capi à clericis per iudices seculares, vide remissiuè.*

6 *Verba ennunciatiua Principis, super facto alieno, & causa propria, nullam fidem faciunt, quod intelligе vt n. 10.*

7 *Probatio facta, sine citatione parti non præiudicat.*

8 *Duo specialia simul concurrere non possunt.*

9 *Principi non creditur, de ijs, quæ ab alio audiuit.*
10 *Princeps, quando per verba enununtiatiua attestatur, ita sibi fuiße á fide dignis rellatum, fidem facit.*
11 *Agētes Regis, semper sunt personæ qualificatæ, & fide digniæ.*
12 *Ambasiatori, & illi, qui illius vices habet, multum creditur, propter eius dignitatem, & personam á Rege approbatam.*
13 *Principi affirmanti, se esse de aliqua re informatū, fides adhibetur, & pro eo præsumitur, quæ præsumptio reijcit onus probandi in aduersarium,*
14 *Extrauagantes regiæ, 4. p. titul. 12. l. 1. 2, 3, & 4. an comprehendant collegiū monachorum vide remissiué.*

IN hac materia habemus leges Extrauagātes 4. p. tit. 12. l. 1. 2. 3. & 4. de quarum legum validitate, videndus est Bossius, & quos ipse allegat, in practica, titul. de Principe, num. 218. Salzedo ad practic. Bernar. Diaz, cap. 54. num. 17. & Doctores inferiùs allegandi.

1 Quæ leges non solùm comprehēdunt laicos, sed etiam clericos, quāuis diuersa ratione; nam laici cōprehenduntur in vim legum, tanquam subditi Regis legislatoris: clerici autem, tanquám vasalli ratione originis, & domicilij; sunt enim vassalli illius Regis, in cuius regno degunt, & ciues illius oppidi seu ciuitatis, in qua nati fuerunt. Bart. in l. 1. ff. Ad municip. Boer. decis. 260. num. 30. Vallascus consultat. 100. n. 2. qui allegat Victoriam, Sotum, & alios Doctores Theologos. Gregorius Lopez l. 4. titul. 15. gloss. 6. partit. 4, & ita sub verbis dictæ l. 4. Extrauagantis suprá allegatæ, ibi (*Vassalos, & naturais*), cōprenenduntur clerici.

2 Nec obstat quód lex secularis, non potest dispo-

nere

nere super rebus clericorum, nec personis, nec illos comprehendere, cúm lata sit à non habente potestatem in illos, capit. Ecclesia sanctæ Mariæ. de cóstitut. vbi Doctores, nouissimè Valentin. Morla. 1. p. tit. 1. quæst. 16. Respondetur enim id verum esse, attamen secundùm mate-
3 riam subiectam, & pœnæ qualitatem, potest lex secularis cóprehédere clericos, quãdo Rex nó in vim potestatis, sed tãquam Rex per viam extraordinariæ defensionis, & protectionis, qua tenetur & potest, regnum suum liberare ab oppressionibus (iuxta text. tum, in capit. Regum. 23. quæst. 5.) hoc intendit facere, vt in simili in Ordinat. lib. 1. tit. 5. §. 21. & eodem libro, titul. 39. §. 36. & lib. 2. titul. 2. & titul. 3. §. vltimo, Concordata Regis Sebastiani, lata anno 1578. capit. 11. & multis aliis.

4 Pœna autem posita est, circa temporalitates (vt Doctores nostri loquuntur) vt est videre, ex prædictis legibus, quæ nullam irrogant pœnam, nisi circa amissionem rerum temporalium, & vt exeãt á regno, & priuati sint iure originis, quod per Regem fieri potest, & per iudices seculares: vt disponitur etiam in lege Castellæ, 24. titul. 2. lib. 3. Ordinamenti, & l. 5. titul. 1. libr. 3. latè. & eleganter Couar. practicar. capit. 35. numer. 3. Salzedo vbi suprà, cap. 102. & capit. 54. num. 16. Auiles prætorum cap. 3. (verb. Iurisdicion) num. 3. & capit. 20. verb. Vsurpã. num. 9. Gregorius Lopez l. 57. titul. 6. partita 1. glossa 2. Auendan. omninò videndus, de exequend. mãdat. lib. 2. cap. 6. n. 12.

5 Quę autem dicantur tẽporalitates, ad hoc, vt possint capi à clericis, per iudices seculares, tradit Guilhelmus in capit. Rainuntius, verb. Et vxoré, 2. de-

sione,num.40. Aufrerius de potestate seculari, regula 1. fallentia 12. Auiles, & Salzedo, vbi suprà.

Accidit tamen in facto, quòd quidam clerici impetrarunt in curia Romana, nonnulla monasteria, de patronatu regio, concessa per Summum Pontificem: Rex certior factus de hoc per literas Agentis negotia coronæ huius regni, apud Summum Pontificem, iussit procedi contra prædictos clericos, ad pœnas contentas in his legibus, dubitatum fuit, an sufficeret illa probatio, nempè assertio Principis? & videbatur, quòd non.

6 Primò, quia verba prouisionis regiæ iubentis, vt procederetur contra illos clericos, ennuntiatiua erant, iuxta doctrinam Alexand. in consil. 190. numer. 29. lib. 6. & cùm sint super facto alieno, & in causa propria, non creditur Principi, nec præsumitur ob iustam causam moueri, tradunt Doctores in Clementin. 1. de probationib. Aretin. in cap. Cùm à nobis, num. 12. de probat. laté Aimon de antiquitate temp. 1. p. á num. 10. Ratio est; si enim staretur Principis assertioni, de nō gestis coram eo, ex eo esset, quia Princeps ab alio fidem, & probationem recepisset, sed ista fides non videtur sufficiens, ad inducendam probationem in præiudiciū partis, quoniam non potest recipi probatio, qua parti præiudicetur, ea non citata, capit. 2. de testibus: quæ de-

7 fensio cùm sit iuris naturalis non potest per Principem tolli, Clement. Pastoralis. de re iudicat. l. De vnoquoque, ff. Eodem. ergò tali Principis assertioni, non est standum; quam rationem tradit Aretinus consil. 23. n. 9. & cōsil. 163. col. 3.

8 Secūdò facit pro hac parte, quia si crederetur huic Principis assertioni, duo

simul

simul specialia concurrerent, contra l.1. C. Dotis promissione. Primum speciale est, quòd vni soli fides adhiberetur: alterum,
9 quód ei crederetur, de ijs, quæ ab altero audiuit, contra regulam text. in cap. Licet ex quadam. de testibus, l. 2. C. Eodem. quæ argumenta in specie fecerunt. Itidem Calderin. consil. 2. in fine, titul. de priuilegiis, Alexander consil. 112. colum. 1. lib. 7. Corneus consil. 22. col. 3. lib. 3. Ias. consil. 34. & consil. 72. lib. 1. Decius consil. 198. colum. vltima, & consil. 602. colum 3. & in terminis his claris, idem Decius consil. 606. columna penult. Menochius, qui omnes suprà relatos refert consil. 100. num. 18. libr. 1.

Quia tamen visum est, sufficere illam Regis assertionem, & probationem, respondebatur ad argumēta in contrarium, quód tunc demum nō creditur Principi aliquid asserenti de facto alieno, cúm illud
10 simplicitér narrat; At secus quando attestatur ita sibi fuisse à fide dignis relatū, vt hoc casu cōtigit: factus namquè certior fuit, per literas Agetis, qui semper est persona qualificata, & fide digna; vt notāt Doctores per text. ibi, in l. 1. C. Ex quibus causis. Maio. pragmatica, Sanctio, in procemio, in verb. Vice regia, Martinus Laudens. de legatis Principum, q. 4. volum. 13. tract.

11 Ambasiatori nanq; seu illi, qui illius vices habet, multum creditur, propter eius dignitatem, & personam, á Rege approbatā, facit tex. in l. Sciendū, §, Ordine, ff. de legation. notat Domin. n. 3. in cap. Ad Apostolicę, de re iud. in 6. & representat personam Regis, qui eū mittit, Boer. de author. Mag. Conc. n. 118. & sic huic arg. respondet Suc. Sen. cōs. 87. n. 17. & refert Menoc. vbi sup. n. 21.

Et quod credatur Principi asserenti, se esse de reali qua informatum, affirmant Angel. consil. 368. Immol. in Clementin. 1. colum. vltim. de probationib. Aimon de antiquit. tempor. 1. p. numer. 21. Deinde, etiam si huic assertioni, plena fides adhibenda non esset, nõ potest negari, quin præsumptionẽ faciat, vt ex multis cõcludit Aimon vbi suprà, num. 14. hæc ergo præsumptio reijcit onus probandi in impetrantes, qui probare tenentur, se non impetrasse, & quo ad id nõ probauerint, potest per iudicem declarari incurrisse in prædictas pœnas.

An autem leges hæ, cõprehendãt collegium monachorum, vide in argumentum text. & glossam in l. Iustum, §. Animaduertendũ. & ibi Doctores ff. Quod metus causa. quod in facto vidi agitatum.

CAP. XXXVII.

An Rex Lusitaniæ, habeat ius patronatus in Eccclesiis cathedralibus, & ius nominandi ad Archiepiscopatus, & Episcopat. sui regni.

NOTABILIA ex hoc cap.

1 *Rex Lusitaniæ habet ius præsentandi, & nominandi, ad Episcopatus huius regni, vt habent Reges Hispaniæ.*

2 *Nominatio, & ius præsentandi ad Episcopatus, cõpetit Regibus, huius regni, ex Priuilegio Sũmorũ Pontificum.*

3 *Electio Episcoporum, attẽto iure antiquo, ad Summum Pontificem pertinebat; de iure verò nouiori, ad capitulum, & Canonicos Ecclesiæ cathedralis.*

4 *In Lusitania, nemo potest digni-*

dignitate Episcopali insigniri, nisi á Rege nominatus.

5 *Persona suspecta Regi, non potest eligi in Episcopū, imô si eligatur, & probetur suspitio, retractabitur electio.*

6 *Mortuo Prælato, denunciāda est mors Regi, vt Summo Pontifici, aliam nominet.*

7 *Custodia bonorum, Episcopi defuncti, pertinet ad Regem.*

8 *Reges sunt patroni Ecclesiarum cathedralium.*

1 REx Lusitaniæ habet ius pręsentandi, & nominandi ad Archiepiscopatus, & Episcopatus huius regni, vt etiā habēt Reges Hispanię, ex ratione glossæ in cap. Hadrianus, o 2.63. distin. eruerunt nanq; terras Hispaniæ à faucibus Maurorum, vt in specie tradit Ferretus, de iusto. & iniust. bello, n.24. Nauar. in cap. Nouit. not.3. n.165. de iudic.

2 Vnde ex priuilegio Sūmorum Pontificum credendum est, hanc nominationem & ius pręsentandi ad Episcopatus, illis competere, vt est in l. Castellæ 2. titul. 6. libr. 1. Ordinam. & l. 18. titul. 5. part. 1. & l. 3. & l. 19. titul. 3. libr. 1. tradit Archidiachonus in capit. Electio, 12. distinct. Bald. in cap. Quanto. de iudiciis. Gregorius Lopez in dict. l. 18. titulo 5. part. 1. Palat. omninò videndus in introductione rubricæ, de donation. inter virum, & vxorem, num.24. Couar. in regula possessor. 2. p. 6. 10. numer. 6. Didacus Perez in l. 2. titul. 6. libr. 1. Ordinam. glossa 1. versicul. Ex quo infertur, Anastasius Germonius lib.3. de sacrorum immunitatibus, cap. 12. Rebusus de nominatione, quæst. 4. num. 28. & vide text. in cap. Quia propter. de electione, Azeu. in l. 1. tit. 6. lib. 1. recopillat. legum Castellæ.

3 Quamuis enim de iure cómuni antiquo, electio Episcoporum, pertineret ad Summum Pontificem, & de iure nouiori ad capitulum,& Canonicos Ecclesiæ cathedralis, glossa in cap. Quanquam, verb. Deuoluetur.de electione, in 6.cap.1.22.distinct. Panormitan.in cap.1. not.1. de electione, Selua de beneficio,2.p.quæst.22. numer.9.& est text.in capit. Cúm Ecclesia. de caus.poss. & proprietat.cap.Cóstitutis.de appellat. capit. Ecclesia vestra,cap.Cúmana,cum aliis.de elect.l.17. in principio,tit.5. p.1. ibi *q̃el Deã, y los Canonigos, &c.* meminit frater Prudencius in chronica Regis Alfonsi Septimi,Imperatoris Hispaniæ,cap.59. quod locum habet,etiam si Episcopatus vacaret, non solùm per mortem,sed etiam per priuationem, Panorm. in d.cap.Cûm Ecclesia. quod hodiè immutatum est per regulas Cancellariæ, Panormitan.in dict.cap.1.de elect.

4 Tamen in Hispania, & in hoc regno Lusitaniæ, nominatio, & præsentatio Episcopatuú pertinet ad Regem, vt suprá diximus:qui intra sex menses Summo Pontifici nominare debet personas idoneas,quę pręficiendæ sint prædictis Episcopatibus, ita quidem, vt non possint,his dignitatibus insigniri,nisi à Regibus nominati,& præsentati, Gregorius Lopez ad dictam l 18 verb. Antigua costûbre.titul.5.partit.1.

5 Conueniens enim est, vt non eligatur in Episcopum,seu Prælatum, suspectus Regi, Soares allegatione 8.num.14. imô si eligatur, potest Rex obijcere hoc, contra electionem, quo probato,retractabitur electio, vt optimè concludit Palat. vbi suprà,num.29. Azeuedius vbi suprà,n.2.

6 Ex quo sequitur, quòd mortuo

mortuo Prælato, denunciāda est mors Regi, Innocent. in cap. Quod sicut. vbi Panormitan. num.7. de electione, Palat. vbi suprá, num. 25. tùm vt Rex nominet personam Summo Pontifici, ad prouidēdum de Episcopatu vacāte, tùm etiam vt bona de-
7 functi Episcopi custodiātur: custodia enim bononorum Episcopi defuncti pertinet ad Regem, Palat. vbi suprà, num. 28. & diximus in 1. p. nostrarū decisionum. decis. 84.

8 Suntqué etiam Reges patroni Ecclesiarum cathedralium, Palat. in introductione rubricæ, n. 24. & sub eius protectione sunt Ecclesiæ viduatæ pastore, Afflict. in constit. rub. 28. num. 1. lib. 3.

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 *Hospitalia fundata á laicis, sine authoritate Prælati, sunt merè secularia, & ad Principem secularem pertinet iurisdictio, super eius bonis.*

2 *Ad quem pertineat hospitalium visitatio: vide remissiuè.*

3 *Ad Principem secularem pertinet iurisdictio super bonis capellæ.*

4 *Rex prouidere solet capellas, de administratoribus.*

5 *Administratores capellarū tenentur ostendere titulos suæ administrationis, seu probare possessionem immemorialem, aliâs debent priuari administratione.*

6 *Aresta quædam senatus in materia huius capitis.*

CAP XXXVIII.

Hospitalia, quæ sint de protectione Regis.

1 Hospitalia fundata á laicis, sine authoritate Prælatis, sūt merè secularia, & ad Principē secularē ptinet iurisdictio sup eorū bonis

bonis, notatur in capit. Ad hæc. de religiosf. domibus, per glossam in Clemétin. per literas. de præben. Bald. in l. Siquis ad declinandam, §. In omnibus, numer. 21. C. Episcop. & clericis, Abbas in cap. de xenodochiis. de religiosis domibus, Parisius consil. 34. libr. 4. faciunt tradita per Couar. lib. 2. variarum, capit. 20. num. 4. Sfortiā in tract. de in integrum restitutione, 1. p. quæst. 3. articul. 6. & circa eorum visitationem, videnda est Ordinat. lib. 2. tit. 35. §. 40. & 41. Extrauagans p. 2. tit. 2.
2 l. 13. §. 7. & §. 8. & Concordata Regis Sebastiani, anni 1578. §. 12. Concil. Tridentin. sessione 22. cap. 8. sub decreto de reformatione.

3 Et idem dicendum est in capellis, ob quam rationem, Rex in illis prouidet
4 de administratoribus, Clement: Quia cótigit, de religiosis domib. vbi Card. n. 4. Gam. decis. Lusit. 288. facit Ord. lib. 2. tit. 35. §. 41 & §. 48. vbi iubet iudicibus, prouisoribus nempé defunctorum, vt compel-
5 lant administratores ostédere titulos suæ administrationis, seu probare possessionem immemorialé, aliâs priuétur administratione, & alij administratores per prouisores defunctorum eligantur, de qua materia latius agemus alio loco.

Libet autem hîc adiungere, aliqua senatus Aresta super materia huius capitis.

ARESTVM.

6 *Acordão, &c. Que visto este instromento, que tirou, N, de o vigairo do Bispo de Angra, da Praia da Ilha terceira, se entrome-*

entrometer a tomar conta das capellas, & obras pias, que os defunctos por seus testamentos, mandaram fazer, & instituir, que contem certas Missas en cada hum anno, & se façam outras esmolas, sendo os testamenteiros leigos, & os bens prophanos, cuio conhecimento pertence as minhas iustiças, & não as ecclesiasticas: & asim visto como o dito Vigairo se entromete a tomar conta en cada hũ anno, de cada testamento o que não pode fazer, se não hũa sò vez passado o anno & mez, se não for preuenta iurisdição ja pello contador, & despois de hũa ves tomada, por os testamentos, que não tem legados successiuos, de cada anno, não se pode tomar outra por hum, nem outro: & nos testamentos que tem as Missas & leguados pios successiuos, o dito vigairo se não pode intrometer a tomar conta mais, que quãdo vizitar, saber se se dizem as Missas, ou não, & como elle vigairo excede a forma da Ordenação, tomando conta, das taes capellas, & testamentos, paßando disso sentenças: mãdo que passem carta pera vos dito vigairo, &c. in iudicio coronæ regiæ, anno 1549. est processus apud scribam processuum coronæ, Petrum Almirante.

Alterum Arestum.

Que o Iuiz ecclesiastico não he competente, quando hum leigo demanda a outro por algũs bens de capella secular.

Acordam em Rellação, &c. Vista a petição do supplicante

cante, N. reposta do vigairo geral, deste Arcebispado de Lisboa, & os autos appensos en seu juizo processados, & como per elles se mostra, que sendo o supplicante demandado no dito juizo per, N. sobre certos bẽis de hũa capella, lhe virelle R. com exceição declinatoria fori, & o dito vigairo lha não querer receber, antes proceder na dita cauza, sendo ambas as ditas partes, Autor, & R. leigos, & da iurisdição do dito senhor, & os bens da contenda prophanos, por onde segundo disposição do direito, o dito vigairo não hê iuiz competente, pera conhecer da dita cauza: pelloque mandão passe carta perque o dito senhor lhe roga, & encomenda, desista de conhecer de tal cauza; & não proceda mais nella, &c. en 8. de Março, de 1583. Scriba Petro Almirante, sobre a capella do Trauaço, sita na Igreja de sam Pedro de Torresuedras, en o estromento de agrauo, que tiron Ioão da Rocha.

Alterum Arestum.

E que o Iuiz secular hê competente no dito cazo.

ACordão em Rellação, &c. Que o supplicante hê aggrauado pello Corregedor, & Prouedor, en se inhibir, & pronunciar, por incompetente na cauza da contenda, & aremeter ao iuizo ecclesiastico: & prouendo en seu agrauo, visto como se mostra a capella, de cuia administração, & sucessão se trata ser secular, & dotada de bens prophanos, sem se-

ſem ſer inſtituida por authoridade de Prelado; ou por outro modo, por onde ſe deua de auer por eccleſiaſtica; antes ſe moſtra o inſtituidor della, mandar que o Prelado não tomaſſe conta, nem entendeſſe com ſeus teſtamenteiros, & adminiſtradores da dita capella, o que viſto é como outro ſi ſe moſtra, o R. ſer leigo, & da iuriſdição do dito ſenhor, & a diſpoſição do direito, & ordenaçõis en tal cazo, mandão que o dito iuiz tome conhecimento da dita cauza, por lhe pertencer, & proceda nella como for iuſtiça, a 26. de Nouembro, de 1583. Scriba Petro Almirante; no iſtromento de agrauo que Franciſco Machado tirou do Corregedor, & Prouedor de Alanquer, ſendo parte Balthazar leite meirinho da caza da India.

CAP. XXXIX.

De hoſpitalibus fundatis, & dotatis, per Reges huius regni, quæ ſunt de eorum immediata protectione.

NOTABILIA ex cap. ſequent.

1 *Reges huius regni, præter alia hoſpitalia, quæ conſtrucerunt, & dotauerunt, præcipuum omnium eſt hoſpitale magnum ciuitatis Oliſiponenſis.*

2 *Hoſpitale magnum, fuit conſtructum, & dotatum per Regem Ioannem Secundum, qui omnia alia hoſpitalia extinxit, quæ erant in hac ciuitate, & redditus*

tus eorum prædicto hospitali applicauit, & per ecclesiasticos visitari non potest, vt num. 3.

4 *Hospitale diui Lazari, ciuitatis Colimbriensis, fuit constructum per Regem Sancium Primum; alterum verò, quod est in foro eiusdem ciuitatis, construxit Rex Emmanuel, & hospitale Pacis Iuliæ, & montis maioris veteris.*

5 *Hospitale ad aquas calidas vulgò (das Caldas) construxit Regina D. Leonora, vxor Ioannis Secundi Regis, & est de patronatu regio.*

REges huius regni aliqua hospitalia construxerunt, & dotarunt, inter quæ, fuit hospitale magnum ciuitatis Olisiponensis, inuocationis Omnium sanctorũ, quod magnum vocat Ordinão. lib. 1. tit. 91. §. ibi (*em o dito hospital grãde de todos os Santos*) fuit autem cõstructũ, & dotatum per Regem Ioannem Secundum & Regem Emmanuelem, qui omnia alia hospitalia huius ciuitatis extinxerunt, & redditus eorũ, hospitali magno Omniũ sanctorum applicarunt. 2

3 Et postea tempore Regis Ioannis Tertij, maximis beneficijs auctũ fuit, & ita est de patronatu Regis, & de eius immediata protectione, nec potest per ordinarios, nec visitatores ecclesiasticos visitari, vt est expressum in Extrauag. p. 2. titul. 2. l. 13. §. 8. ad finem, Concilium Tridentin. sess. 22. capit. 8. sub decreto de reformatione, ibi (non tamen quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorũ licẽtia) Concor. §. 14. & vide Vaz consult. 105. per totam.

Cuius insigne templum anno 1601. 27. die Octobris, prope mediã noctem, magno incendio orto, omninò corruit, cum maximo

ximo dolore omniũ, qui id viderunt,& audierunt; & die sequenti eiusdem anni, quo diuorum Simonis & Iudæ Thadæi festum celebrabatur, tanta in hac ciuitate Olisiponensi aduolauit locustarum copia, vt á medio die, vsque ad noctem,& sequẽti etiam die, perduraret volatus, ac veluti densissimæ nubes Solem obscurarent, vt in Italia suo tempore, & antea, cõtigisse, refert Menoch. de recuperand. posses. remed. 2.n.39.

4 Hospitale diui Lazari ciuitatis Colimbriensis, fuit constructum per Regem Sancium Primum huius regni: & hospitale alterum in foro eiusdem ciuitatis, cõstruxit Rex Emmanuel, & hospitale ciuitatis Pacis Iuliæ, & oppidi Montis maioris veteris, vt legitur in chronicis prædictorum Regum.

5 Hospitale ad aquas calidas, vulgò (das Caldas) cõstruxit,& dotauit Regina D. Leonora, vxor Ioannis II. Regis huius regni, & sic est de patronatu Regis,& eiusdem immediata protectione, vt in his, & aliis, fundatis, & dotatis, per Reges,& Reginas, huius regni, locum habeant omnia ea, quæ superiùs hoc cap. diximus, vt visitari non possint, per ordinarios.

CAP. XXXX.

An priuilegium concessum per Regem Episcopo, ne magistratus seculares in suo Episcopatu visitent hospitalia, extendatur ad oppida postea Episcopatui illi adiuncta?

NOTABILIA ex cap. sequenti.

1 P*Rior sanctæ Crucis, ciuitatis Colimbriensis, Ciuitatem*

K

uit à te Leyriensem à mauris cæpit suis expensis.

2 *In ciuitate Leyriensi, magistratus regij, non visitat hospitalia, albergarias, & confratrias, sed talis visitatio pertinet ad Episcopum, & eius visitatores, idq; ex priuilegio.*

3 *Quando aliqua prouincia accessoriè alicui regno adiũgitur, debet gubernari legibus regni, cui adiungitur.*

4 *Priuilegium concessum capellæ, extenditur ad capellas nouè alteri capellæ vnitas.*

5 *Quando vna Ecclesia alteri vnitur, assumit naturam priuilegia, & consuetudines Ecclesiæ cui vnitur.*

6 *Summus Põtifex, nunquàm censetur disponere circa iurisdictionem seculare.*

7 *Verba rescripti, intelliguntur secundum præcedentem supplicationem.*

8 *Actus, non debet operari, vltra intentionẽ agentis.*

9 *Res transit cum sua causa, onere, & qualitate.*

10 *Priuilegium concessum alicui rei, tunc demum extenditur ad augmentũ illius, quando fit ab habente potestatem, quod etiam intellige, vt n. fin.*

11 *Augmentum quando limitatiuè fit, & secundùm quid, non extenditur ad rem augmentatam.*

1 NON abs re erit, quæstionem hãc hic adnectere, quæ in facto contigit; In Episcopatu Leyriensi, & eius territorio illud viget priuilegium, à tempore Prioris S. Theotonij monasterij sanctæ Crucis ciuitatis Colimbriensis, qui Leyriesem ciuitatem suis expensis à mauris cæpit,
2 quòd magistratus regij, nõ visitent hospitalia, albergarias, nec confratrias, seu confrarias, sed talis visitatio pertineat ad Episcopũ & eius visitatores.

Et quamuis priuilegiũ hoc, solùm cõcessum fuisset per Regem hospitalibus.

libus, albergariis, & confrariis prædictæ ciuitatis Leyriensis,& eius territorij,in oppidis totius Episcopatus idem obseruatur, vbi sunt hospitalia,albergariæ,& confratriæ:quod quomodo factum fuerit, non apparebat.

Accidit, quòd regnante Philippo huius nominis Primo,Rege Lusitaniæ,ad instantiam,& supplicationem Regis, Summus Pontifex adiunxit Episcopatui Leyriensi,oppidum de Ourem, & de porto de Mos, quæ antea erant de Archiepiscopatu Olisiponensi: dicebat Episcopus Leyriensis, illud priuilegium extendendum esse ad hospitalia, albergarias, & confrarias, quæ in his duobus oppidis, & eorum territorio essent; idque sequentibus argumentis.

3 Primò ex doctrina Bartoli in l. Si conuenerit, §. Si nuda, ff. Pignorat. actione, vbi inquit, quòd quando aliqua prouincia accessoriè alicui regno adiungitur, debet gubernari legibus regni cui adiungitur,quia efficitur tùc de eodem regno,Alexand.in l. Si ex toto,nu.13.ff.de legat. 1.Burg. in quæstionibus ciuilib. quæst. 6. numer.19.

4 Secundò ex glos.fin. in cap.Cùm capella. de priuilegiis,vbi dicit, quòd priuilegium concessum capellæ, extenditur ad capellas nouè alteri capellæ vnitas,tanquàm accessoriè,ad principalem.

5 Tertiò,ex dicto glossæ verb.Vniendo. in capit.1. ne Sede vacante, vbi ait, quòd quando vna Ecclesia alteri vnitur, assumit naturam, & priuilegia,& consuetudines alterius Ecclesiæ,cui vnitur.

Per procuratorem regiæ coronæ allegatú fuit, quòd quamuis Summus Pontifex adiunxerit illa duo oppida,ad instantiam & supplicationem Regis, qui consensum præstitit

prædictæ vnioni, tãquam patronus, non fuit, vt dimitteret iurisdictionẽ sibi competentem, in visitandis prædictis hospitalibus & albergariis, & confrariis, per suos magistratus, sed tantùm, vt maneret de
6 Episcopatu Leyriensi, quo ad spiritualia: nec Summus Põtifex circa iurisdictionem temporalem, aliquid disponere censendus erat, sed solúm circa iurisdictionem spiritualem, capit. Nouit. vbi Doctores de iudiciis, cap. Tuam. de ordine. cognit. cap. Causam quæ, cap. Per venerabilẽ, qui filij sint legitimi: probat text. in cap. Quoniã, 10. distinct. cap. Duo sunt. 90. distinct. & in cap. Nos incompetentér, §. Sed notandum, 7. quæst. 1. Nauar. dicto cap. Nouit, notab. 3. à num. 8. post Decium ibi, Bald. in l. 1. colum. 2. ff. Cõstitut Principum.

Quòd autem, ad Regem pertineat iurisdictio super bonis hospitalium, diximus superiùs cap. 38. cum distinctione, de qua ibi.

Itidem, consensus pręstitus á Rege, in supplicatione facta Summo Pontifici, solùm fuit circa ea, quæ in prædictis duobus oppidis vnitis concernerent iurisdictionem spiritualem, & ecclesiasticam, non autem temporalem,
7 & secularem; & concessio Summi Pontificis, solùm circa iurisdictionem ecclesiasticam versatur: Verba enim rescripti intelligun tur secundùm pręcedentem supplicationem Bald. in capit. Inter dilectos de fide instrum. Dec. consil. 23. Ias. in l. 1. colum. 2. C. Diuers. rescriptis, Maranta de ordine iudicio. 4. p. distinct. 6. vnde actus non
8 debet, vltra intentionem agentis operari, l. Nõ omnis. in principio. ff. Si certum petat. l. Obligationũ, §. fin. ff. Act. & obligat. & sic concessio Summi Pontificis, non est extendenda in præiudicium iuris-

dictio-

dictionis Regis: facit doctrina Baldi in cap. 1. §. Itẽ Sacramenta. colum. pen. titul. de pace iuramento firmanda.

9 Et cùm hæc duo oppida translata fuerint in Episcopatum Leyriensem, cum sua causa, onere, & qualitate transire debent, l. Põponius, §. Cùm quis. & ibi Ioannes Crotus plenè, notab. 1. ff. Acquirend. possession, l. Alienatio, ff. de contrahend. empt. cap. Cûm non sit. de decimis, Roman. singular. 478. Rebufus in tractat. de nominat. quęst. 8. à n. 11. cum sequentibus.

10 Nec obstat in contrarium allegatũ, nẽpè quòd priuilegium cõcessum rei, extenditur ad augmentũ illius, id enim procedit, quando augmẽtum fit ab habente potestatem, Albertus Brunus de augmẽto, quæst. 5. num. 5. Hoc autem casu, Summus Pontifex non intẽdit vnire hęc duo oppida, in præiudicium iurisdictionis Regis?

11 Secundò respondetur, quòd regula illa locum habet, quando augmentum simplicitèr fit; non verò quandò limitatiuè, & secundùm quid, tunc enim non extẽditur ad rem augmentatam; imò solum augmentum comprehẽdit res illas limitatiuè declaratas, Brunus dicta quæst. 5. numer. 28. & sic intelligit dictum Bartoli in dict. l. Si conuenerit, §. Si nulla. tradit Romanus consil. 218. & 149. Marianus Succin. consil. 7.

Et sic, cùm Summus Põtifex limitatiuè fecerit hãc vnionem, de dictis oppidis, circa spiritualia, non est extendenda ad temporalia, in præiudicium iurisdictionis Regis; sunt enim hæc inter se diuersa, quo casu, regula illa locum nõ habet, Bartol. in l. Si aliena, §. 1. num. 1. ff. de vsucapionib. Brunus vbi sup. num. 27.

Et ita fuit declaratũ, &

 quòd

quòd in illis duobus oppidis vnitis seruarentur. Ordinationes regni, de visitãdis hospitalibus, vt fit in aliis eiusdẽ regni, cum declarationibus cõtẽtis in Extrauagantibus, & Concordatis.

CAP. XXXXI.

De hospitali diui Antonij nationis Lusitanorum, quod est Romæ.

NOTABILIA ex hoc cap.

1 *Hospitale, & confratria diui Antonij, quod est in alma Vrbe, est de immediata protectione Regum huius regni.*

2 *Clemens Octauus Summus Pontifex, iussit per Cardinalem Gesualdum huius regni protectorem, visitari prædictum hospitale, & forma Bullæ refertur.*

3 *Tenor cuiusdam supplicatiotionis, quam officiales, qui inseruiunt in prædicto hospitali fecerũt Regi.*

4 *Nobilissimi, & admodum sapientissimi Doctoris Godicali Mendes de Vasconcellos, & Cabedo, Antoris fratris charissimi, Epigramma in laudẽ diui Antonij æditum Romæ, tempore quo, Agentis officium gerebat, pro regno Lusitaniæ apud Sũmum Pontificem.*

1 Hospitale hoc, & cõfratria diui Antonij, quod est in alma Vrbe, est de immediata protectione Regum huius regni; & quamuis Summus Pontifex Clemẽs Octauus, anno secũdo sui Põtificatus, statuerit & decreuerit, quòd visitaretur prędictum hospitale, per Cardinalem Gesualdum protectorem regni Lusitaniæ, vt constat ex Bulla, cuius tenor hic inseritur, tamen officiales deputati ad gubernan-

ebernandum prædictũ hos-
pitale, & confratriam, Re-
gem statim de eo certiore

fecerunt, vt etiã cõstat ex
supplica super eo facta, quę
etiam hic transcribitur.

Venerabili fratri nostro Alphonso Episcopo Ostiensi Cardinali Gesualdo, sacri Collegij Decano.

2

VEnerabilis frater noster, salutem & Apostolicam benedictionem. ex iustis rationabilibus causis, animum nostrum mouentibus, fraternitati tuæ regnorũ Portugaliæ, & Algarbiorum apud nos, & Apostolicam Sedem protectoris de cuius prudentia, & solertia, in his, & aliis plenam in domino fiduciam habemus, per præsentes committimus, & mandamus, vt Ecclesiam, hospitale, & cõfraternitatem, sancti Antonij, nationis Lusitanorum de Vrbe, authoritate Apostolica, seu tanquam noster, & Sedis Apostolicæ delegatus visites, & tam in capite, quam in membris corrigas & reformes, quòd vt ea, qua decet authoritate exequi valeas, eidem fraternitati tuæ, Ecclesiam, hospitale, & confraternitatem huiusmodi eadem authoritate visitandi vt præfertur, ac in illorum regulas, statuta, & constitutiones, nec non singulorum officialium & personarum, tam secularium, quam ecclesiasticarum, & cuiusuis Ordinis regularium & militarium, vitam, mores, instituta, ac consuetudines, diligenter inquirendi. Sta-

tuta ipsa, regulas, & consuetudines, quantumuis antiquas, & immemorabiles, si pro bono regimine, directione, & quiete hospitalis, & confraternitatis praedictorum ita expedire iudicaueris, mutandi, corrigendi, & alterandi, ac etiã in totum cassandi, & abrogandi, aliaq; sacris Canonibus, & Tridentini decretis conformia, ad quietẽ, prosperumq; regimẽ huiusmodi spectantia, condendi officiales quoslibet, & etiã cõfratres, & alios ministros, etiam nouissimè electos, & de numero viginti, vt appellant, ab eorum officiis absoluendi, remouendi, & deponendi, necnon etiam ab ipso numero, & confraternitate amouendi, atque cassandi, & reuocandi, siue in perpetuum, vel ad tempus suspendendi; aliosq; eiusdem nationis fide, & virtute praestantes, in ipsorum locũ, & in officiis, & ministeriis praefatis subrogandi: contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia cogendi, & compellendi, ac demum omnia, & singula, quae in praemissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, quaeq; ad prosperum, & pacificum dictorum hospitalis, & confraternitatis statum pertinere existimaueris, etiam manu regia, omni, & quacunque appellatione remota, & reclamatione penitus cessantibus, & remotis statuendi, mandandi, faciendi, gerendi, & exequendi plenam, liberam, & vniuersam, per praesentes facultatem concedimus, & impartimur: mandantes in virtute sanctae obedientiae dilecto filio, Antonio Duci Sessae, charissimi in Christo filij nostri Philippi,

lippi, Hispaniarum, ac Portugaliæ, & Algarbiorum Regis catholici, & apud nos oratori, necnon dilecto filio Agenti coronæ Portugaliæ, & Algarbiorum regnorum, & aliis quibuscunque, ad quos pertinet, vt tibi in præmissis exequẽdis quatenus opus sit, opportunum fauorem, auxilium, necnon debitam obedientiã promptè præstent, & exhibeãt; atq; ea omnia, quæ per te, in dicta visitatione, etiã quoad officialium nominatissimè electorum, absolutiones, & depositiones præfatas, decreta, statuta disposita, & ordinata fuerint, per eos ad quos spectabit inuiolabiliter obseruari curent, & faciant, decernentes nihil ius, & nunc, prout ex tunc, & cõtra eadem omnia, & singula, quæ in huiusmodi visitatione decreueris, statueris, & ordinaueris, & feceris valida, & efficacia fore: nec â quoque quouis prætextu reuocari, seu annullari nullatenus posse, nec per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos sublata, eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interpretandi, facultate & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & innane quicquid secus super his â quocũque quauis authoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attẽtari; Non obstãtibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictorũ hospitaliũ cõfraternitatis & Ecclesiæ, ac Ordinũ regulariũ, & militariũ etiã iuramento cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, quantũuis antiquis, & immemorialibus, priuilegiis quoque indultis & literis Apostolicis dictis hospitali confraternitati & Ecclesiæ

clesiæ, ac nationi Lusitanorum, vel quibusuis particularibus personis, sub quibusque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarũ derogatoriis, aliisq́ efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis in genere, vel in specie, & aliâs quomodolibet etiam motuproprio, & consistorialiter in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus, etiam si de illis, eorũmque totis tenoribus, specialis, specifica, & verborũ expressa mentio, habenda foret, tenores, huiusmodi præsentibus, pro expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscũque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 15. Ianuarij, M. D. XCIII. Pontificatus nostri Anno secundo.

M. Vestrius Barbianus.

SVPPLICA.

DIzem os Portuguezes, da cofraria, ê hospital de sãcto Antonio, do número das vinte pessoas, pellas quais ò hospital de sancto Antonio, que a nação Portuguez a tem na cidade de Roma hê gouernado: que aiuntadas no mez de Março deste presente anno de 93. en congregação no dito hospital, as mais das ditas pessoas, veo à elle o Cardeal Gesualdo, & notesicou hum breue Apostolico, cuio theor hè o acostado nesta; no qual o Papa comete ao dito Cardeal,

deal, vizite o dito hospital, & possa alterar os estatutos delles os quais foram feitos pello Cardeal dom Iorge da Costa, & dom Pedro Mascarenhas, embaixador que foi de Portugal em tempo del Rei dom Ioam thio de V.M. Portuguezes pios & deuotos, & os estatutos em si são tais, que os hospitais de Castella, & outros se reformaram por elles, & sendo o dito hospital izento, e estãdo debaixo da immediata proteição de V.M. sem ser de tempo immemorial vizitado pella Sê apostolica, o q̃ he conforme ao sagrado Concil. Trident. o qual dispondo na sessam 22. cap. 8. q̃ os Bispos como delegados da Sè Apostolica vizitem os hospitais, fora todauia os que estam debaixo da immediata proteição del Rei, não obstãte isso, no dito breue, & tira todo poder & recurso a V.M. e porq̃ se huma ves se consentir, q̃ este hospital se vizite, se vizitarão os que a nação da real coroa de Castella, & outros reinos, e prouincias, subiectos a V.M. tem nesta Corte; e se abrirá porta a isso: por tanto os supplicantes, ainda que obedientes filhos da Sê Apostolica como leais vassallos de V.M. & pessoas do dito numero, lho fazem a saber, pera q̃ proueia, & faça como for mais seruiço de Deos, & de V.M.

Libet autem hic adiungere Epigramma quoddam, compositum per fratrem meum Doctorem Gondicalum Mendes de Vasconcellos in festo diui Antonij, quo tempore, Romæ, Agentis huius coronę Portugalliæ officium agebat, pro Rege Philippo I. apud Summum Pontificem Clementem Octauum.

Epigram-

Epygrāma, pro foribus affixum in templo sancto ANTONIO, Olisipponensi, consecrato die Natalicio, Romæ Anno M.D.XCVI.

Posuit Doctor Gonçalo Mendes de Vasconcellos, & Cabedo Lusitanus.

4

ANTONI, nostri generis decus, orbis Iberi
Gloria, dulichiæ gentis & vrbis honos.
Secula te nobis debent, licet vtraque certet
Hesperia, hæc obitus vendicat, illa genus;
Adsis lusiadum rebus, Regiq; Philippo,
Cæsareo magni Principis & genio
Adsis & clemens nobis, si sæpius ipsi
Syncere colimus hæc tua templa, fane.

CAP. XXXXII.

De cōfraternitatibus, cōfratriis, seu confrariis laicorum, vt vocant.

NOTABILIA ex hoc cap.

1 *Doctores tractantes materiam confraternitatum, seu confratriarum. vide remissiuè.*

2 *Confratriæ, seu confraternitates, vnde dicantur, & denominentur, vide remissiuè.*

3 *Quando confrátriæ visitari debeant, per magistratus seculares: vide remissiuè.*

4 *Referuntur aliqua senatus Aresta in materia huius capitis.*

Quæ

5 *Quæ confratriæ, seu confraternitates sint de immediata protectione Regũ: vide remissiuè.*

1 DE his confratriis vide per Dec. cõsil. 72. colum. 1. & 2. per totum, Rebuf. ad ll. Galliæ, 2. tom. tit. de cõfratriis, per totum, Menochius de recuperand. remedio 15. num. 24. & sequentibus, Sforciam Odo in tractat. de in integrũ restitutione, 1. p. q. 3. art. 6.

2 Has autem confratrias, seu confraternitates, phratias vocari, inquit Budæus in annotationibus ad pandectas, his verbis: sunt autem phratiæ, apud Aristotilem, conuentus quidam hominum, tradit Rebufus vbi suprà n. 10. Menoch. vbi sup. n. 25.

3 Quomodo autẽ hæ cõfratriæ, visitari debeãt per magistratus seculares, declarat Ordinatio in lib. 2. tit. 35. §. 43. Extrauagan. p. 2. tit. 2. l. 13. §. 8. Concordata § 14. vbi id satis declaratum est. Ad materiã autem nidenda sunt sequẽtia senatus Aresta.

ARESTVM.

4 *ACordão em Rellação, que vista a petição dos supplicantes, que se agrauaram do Doctor N. lhes mãdar, & os cõstranger com penas & censuras, que as Missas & aniuersarios que elles mandam dizer pellos confrades defunctos, os diga o Prior da Igreja de Bucellas, & a elle as paguem, & nam a outra pessoa, & como os suplicantes são leigos, & asi como a confraria he fundada per leigos, & o hospital & bens delle prophanos, en que somẽte o visitador pode vizi-*

pode vizitando conhecer, & saber os encaregos que tem pios, & os fazer comprir achando que se não cumprem, sem tirar aos supplicantes o regimento, & gouernança da dita confraria, & hospital, & administração delles, & tomarem seus capellães, pera lhe dizerem as ditas Missas, quem lhes bem parecer; mandão que passe carta pera o dito vizitador, por que o dito senhor lhe roga, & encomenda, que se não intrometa no cazo, & que deixe vzar aos suplicantes, de seus costumes & posses, & ordenarem, & buscarem capelães, pera as ditas Missas, & somente quando achar que se não cumprem, poderá prouer como se cumpram, & não o fazẽdo asi o q̃ delle se não espera, &c. foi dada esta sentença en 3. de Iunho de 1569. Scriba Petro Almirante.

Alterum Arestum.

